

05  
A  
2493



SUPREMO NUMINE FELICITER ANNUENTE  
DISPUTATIONE INAUGURALI

17.

# Morborum ab Ima- ginatione ortorum , Aliis Idealium ,

I D E A M

Consensu Gratiostiss. Facultat. Medic. Wittenbergens.

S U B P RÆS I D I O

VIRI NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI AC EXPERIENTISSIMI,

DN. JEREMIAE LOSSII,

Philosoph. & Medic. Doct. celeberrimi , Anatо-  
miae & Botanic. P. P. famigeratis. Medici Provincialis feliciss.

Inclyt. Facult. Medic. p. t. DECANI Spectatisimi,

DN. PATRONI atq. STUDIORUM PROMOTORIS  
nunquam satis colendi.

## PRO LICENTIA.

Summos in Facultate Medica Honores, Insignia &  
Privilegia DOCTORALIA legitimè impetrandi

Examini exponet publico

M. JOHANN. GERDES, Holm. Svec.

Ad d. 16. Jun. in Auditor. Major.

Horis Ante & Pomeridianis.

---

WITTENBERGÆ,

Literis CHRISTIANI SCHRÖDTERI , Acad. Typogr,  
ANNO M. DC. LXXXI.





I. N. J.

**PRAEFATIO.**

§. I.

**E**stem morborum Principem, *Imagina-*  
sub Presidio olim Magnif. Dn. D. *tio Peste*  
Schneideri, Preceptoris desideratis simi, *fortior.*  
publicè prædicavi, hanc tamen ab Im-  
aginatione adhuc superari, tritum pro-  
verbium evincit.

§. 2. Mirandam ejus vim cum stupore animad-  
vertunt multi, operandi modum vix assequuntur inge-  
niosissimi.

§. 3. Illudit scientia Intellectuiq; Sapientum, cum  
exactissimè Sanis, characterismum febricitantium, ly-  
pothymicorum, melancholicorum, delirantium, ves-  
norum, veneno fatali tinctorum, imò ad modum syde-  
ratorum, penitus obstupefactorum, virtute sigilliferâ  
suâ absconditâ, momentaneo quoq; ictu, altissimè im-  
pressum, constans observatio testetur.

§. 4. Etsquid de humano dicam Intellectu? Natu- *Natura*  
ram ipsam superat. Integras familias, Ciceronum, Pi- *ipsi insul-*  
sonum, Lentulorum, in usitato sigillo notatas, ita conser- *tar.*  
varé, Naturam invertere, formas transmutare,  
imò in mores & fortunam jus sibi vendicare quotidiana-  
num ei est.

A 2

§. 4. Me-

*Sola Im-*  
*ginatio*  
*multorum*  
*morborum*  
*causa.*

Ejus igno-  
ranciam in  
Medicina  
nocua.

Opinianū  
varietas  
& diffe-  
rentia.

Medicus  
Syncretis-  
tia.

M.J.Tra-  
ctus an-  
gustus.

§. 5. Meruit imaginationis subtilis vis, & occulta agendi ratio, ut ingeniofissimarum quoq; mentium, oculi convertantur in eandem, cum quid damni ejus ignorantia in Medicina pareat, nulli non pateat. Accessurus autem ad hanc materiam parile ac in omnibus reliquis rebus arduis, hic offendio fatum, opinionum nempe varietatem, sententiarumq; miram mutabilitatem, ait minimum terminorum saltem discrepantiam. Licebit tamen ad mentem accuratissimorum, hoc academicum, de Morbis ab imaginatione, s. f. Idealibus, quod loco Inauguralis proponere concessit Nobiliss. Hygieæ Collegium, adornare exercitium, doctrinam. Veterum aliis quidem terminis, non minus tamen eandem rem denotantib; expressam, cum Recentiorū conferre assertis, conciliare, recipere, declarare, meq; ad monitum Excell. D. Ammanni \* ingenuum, cuivis Religioni medicæ favente, exhibere Syncretistam. Hoc ut à me feliciter impetretur, Ter gloriosum Numen cælidis sollicito votis, nostris benigne is annuat coepsis. Fiat.

\* Medic. Critic. Prefat.

### SECTIONIS PRIMÆ.

## THEORETICA TRACTANTIS

### CAP. I.

## NATURAM. M. J. EXPLICANS.



Orum jam morborum aspiciens tractum, amplissimum scribendi campum prævideo, cui tamen cum neq; haꝝ pagellæ, neq; mea haꝝ vice satifaciant intentio, potissima & summis qvod ajunt oculis notata, loca

loci, nunc saltem delineabo, & quod inscriptio quoque refert, in  
Jdeā tantummodo istos exhibebo morbos.

§. II. In vocabuli morbi significatione obscuritas nulla superest, denotare enim idem quendam Naturā laborem & p. n. Corporis humani statum, latinitatis quoq; norunt Tyrones; De epitheto ergo unica cura. Imaginationem derivant Autores ab Imagine, quod sc. in Phantasā, hujus vel illius rei icon s. imago præsentetur ac servetur. Cum enim Medici quovis tempore obseruant, ex causis occasionalibus levissimis, sano licet corpore, sola vi imaginationis, morbosas ejusmodi imagines concipientis, ac in Phantasā deponentis, maximos saepè ortos esse morbos, eos imaginativos s. ab imaginatione fabricatos, haud inconvenienter dixerunt. Cum quantum Imaginationi in hoc quoque passu tribuendum sit, ex scriptis Viri incomparabilis B. D. D. Senerti, nec non Practici felicissimi Francisc. Jocis, & Physici Clarus. Sperlingii fusi svideri poterit.

Origo ve-  
cis.

§. III. Subtilius rem declaraturus Philosophus ingenioso. J. Marcus Marci, (cujus labores inter alios Illustris. Barones de Friesen magni fecerunt semper ac in deliciis quasi habuerunt, testibus literis, ad eum datis, & pref. Tract. d. Veter. Philosophiā restituta, recensitis,) Morbos istos nuncupat Ideales, in Ideis operaticibus hospitantes. Ideas siquidem, unde denominationis hujus origo, exotica vox est, suas Graciæ tribuens natales, cum ēdēa s. īdēa, quæ l. à græco verbo ēidēw (video) descendit, ex sensu Platonico Speciem, seu ad mentem Seneca exemplar denotat: vel à Substantivo ēidēw quæ formam s. figuram rei sonat, derivatur, ita ut vi originis Morbus Idealis significet talem hominis p. n. statum, qui specificus vel formalis sit, & in ipsis formis partium humanarum particularibus hospitetur, & radiccs agat. Vid. Beckmann, d. Origin. Ling. Lat. p. 1134 seqq.

Idea quid  
denotes.

§. IV. Cum autem Ideæ sapientis significatione æquipollent nudis conceptibus, sintq; in usu aliquando cum cogitationibus eadem, entia nempe rationis & pura putâ figmenta; Proinde hunc sensum hinc removemus sedulò, & quemadmodum,

Varia Voo  
cis acce-  
ptio.

*Morbis & deales revera aliquid ponunt in Archeo s. Spiritibus, vi-  
tiosum nempe labile ac nocuum, ita & Ideæ morbosæ tanquam  
causa horum effectuum, immediatae, proximæ, sunt entia verè  
realia, existentia & agentia, spiritualia tamen & semi spiritualia; cum  
absurdum sit ens aliquod reale, produci ab ente rationis, aut ef-  
fectum esse nobiliorem suâ causa.*

*Idearum  
Opera-  
tric. expli-  
catio.*

§. V. Accuratus autem Morborum Idealium concipie-  
mus indolem, si prius, ad placitum *Marci Marci*\* & vestigia-  
eius exactè prementis, *David d. Beck*, \*\* actiones corporis orga-  
nici animadverterimus consideratius. Hi siquidem, quicquid  
alii per actiones vitales & animales, ope Spiritus s. calidi innati,  
perficiendas, alii per Archeum fabricantem, alii per Formam to-  
talem & particulares descripserunt, per Ideas certas agentes &  
operantes denotarunt ingeniosè. Cùm n. animales motiones in  
humano corpore præstant, non menti s. animæ rationali, quin  
potius peculiari & distincto operandi principio, adscribant,  
quod Philosophis iste demonstravit ad longum, \*\*\* afferunt  
unum quodq; semen habere Ideam corporis sui propriam, in-  
quâ reverâ sensibiles signaturæ, ac radicales & essentiales char-  
acteres sunt formati, qui totius corporis sciagraphiam, pro Specie-  
rum varietate repræsentant, ut tale organicum corpus qua-  
le huic, & non aliæ speciei competit, necessario exinde perficiat-  
ur; Hasq; radicales Ideas non esse mere pasivas sed activas  
& operatrices, easdem cœli & astrorum virtute, excitari & ad  
se explicandas aptas reddi. Habere quoq; Ideam Specie sua  
Ideas sub se particulares, manus, pedis digitæ, &c. attrahentem-  
expellentem, retinentem &c. Unde ex harum naturalium  
indole, morbosarum colligimus con- nem haud difficulter  
sc. sunt ut supra dictum, & eadem reales ac materiales, in sunt  
quaq; venonraro semini, (at p.n.) hinc m. morbos excitant à  
primo ortu, & qvemadmodum Ideæ naturales operantur secun-  
dum naturæ instinctum; ita per Ideas morbosas occasionali-  
ser, imaginationis vi, Ideis naturalibus, supervenientes, impedi-  
untur

\* Tr. Jd. Idear. Operatr.    \*\* Experim. circa Rer. Natur.  
Princip.    \*\*\* Jd. Operat. Cap. II.

(5.) 90

untur in suis motionibus & retrahuntur, præternaturaliter Ideas  
istas disponunt, aguntq; & effectum producunt nobis Idealium  
dictum morbus. Qvod hic in antecessum breviter monuisse  
sufficiat.

§. VI. Deinde Morborum Idealium valorem hic aliquanto limitandum esse maximè necessarium duco, cum ad mentem Illustr. Helmontii ambitus eorum latissimus sit, à quo tamen sensu, non sine ratione declinamus, sc. ea est opinio modo memorati Helmontii, ut quicquid morbos aut Symptomatici homini acciderit, non nisi occasionaliter ad morborum seriem referatur, sed pro effectu eorum habendum sit genuino; Morbus autem esset conceptus ille archealis, s. in conceptu fabricata idea. Sic enim idem: *Omnis materia visibilis atq; peregrina deorsum adveniens, l. sponte sua intus prognata quantumvis fuerit, de ipsa solidorum nutritione degener atq; separatq; liquor proprio nomine semper se habet per modum occasionis & causa irritantis, sive id fuerit pro morbo primario, sive vero id fuerit productum & constitutum à morbo primario, consequenter dicti stimulans Archeum ad novæ procellæ s. morbi creationem.* Adeoq; omnis morbus de Spiritu enormentico, per ideas conceptas, in proprio Archei subiecto patratur. Et paulò post: *Non est enim calculus morbus, sed primaria Lethiasis & verus morbus Dulich est ipsamet Idea in potestatisibus Archei Renum l. Vesica radicaliter insita.* Ast generaliter nimis hoc senti extenduntur Morbi Ideales; cum sapientissimo ut plurimum contingant morbi, quorum cause intrinsecæ nunc à primo ortu, & cum semine, nunc à quotidiana victus ratione induxerant tales morbosum habitum, ut non amplius ideas morbosæ adsint, imò nec usu veniant sed sint ipse morbus & constitutio vitiosa. Tum quoque solitæ unitatis morbi, momento & ab extra contingentes, à nulla Idea concepta generari queunt, nisi effectu causa sua priorem, præter rationem asserere velis. Certo documento, non omnes morborum species sub titulo hocco generali Idealium contineri, sed alios rectius communibus adsecundum classibus an-

Restringi-  
tur Mor-  
borum.  
Id. ambi-  
tus.  
Helmontii  
opinio re-  
jicitur.

Ratio ad-  
ditur.

numer.

nunquam & ex affectionibus sibi maxime appropriatis denominationem sortiri.

*Morbi  
Ideales  
veri qui  
nam.*

§. VII. Nos proinde hos tantum Ideales dicimus affectiones, qui (1) Causam agnoscunt externam occasionalem maxime sano existente universo corporis habitu. (2) Solè Imaginationis platicā & sigillante virtute, sensibus tamen externis Visu, Auditu, Tactu, animi quoque Pathematibus adimuntur in tantibus concipiuntur & formantur. (3) Momento non raro, ad modum cogitationum, fabricantur & menti objiciuntur. Cujus generis fuit subitanea illa Apoplexia juvenis illius alias probi habitus ap. Tulpium\*, Peñis quoque, quā ex tristis, ob mortuos hanc luc cognatos, nuncio, subito corrripiebatur mulier. Referente Marolio. \*\*

\* L. I. Observ. 7. \*\* Loemograph.

§. VIII. Nec unico hocce titulo latum hoc morborum genus patescit, commodissimum saltē ex nostro ingenio hanc denominationem judicavimus. Qui enim à Subjecto, Archæalem vel Spiritualem, aut aliquantò latiori termino Sangvineum, vel à causā Imaginativum, vel vi nominis formalem dixerit. Morbum, haud errabit.

*Definitio,*

§. IX. Quā tandem veniat nuncupatione describimus Imaginativum s. Idealem morbum, per Affectionem pr. n. insignem, nunc tamen leviorē nunc graviore, ortum ab Imagine morbosā quādam, Archæo nunc levius nunc gravius impressā, functionesq; tammentis quām corporis insignitur ledentem.

Duo in  
eādem  
notanda

§. X. Descriptioni huic quāquam inferius dicenda, illustrationem sūt allatura, duo tamen statim monenda ducim⁹ necessaria. Unum vocem morbi attinet, quam hīc latiori quādam significatione accipere instituimus, sc. ut simul Symptomata includat ac comprehendat, & in genere pr. naturalem aliquem affectionem denotet (cine Krankheit oder Unpäßlichkeit) omissā accuratā ac distinctā loquendi ratione, quā morbum & Symptoma non parūm differre docent Institutionistæ. Alterum affectu seconditionem exprimit, nempe insignem & notabilem, siquidem levissimæ quævis Archæi alterationes, quæ quo-

ties

ties ex lexisimis etiam causis brevi temporis spatio non continentur? vix morbi titulo dignæ; licet & hæc notabilis mutatio gradus quoq; suos levitatis aut gravitatis habeat, sicut in descriptione monitum est.

## CAPUT II.

### SUBJECTUM DETERMINANS.

#### S. I.

**N**unc ad hospitium me converto horum morborum, ad aquatum & radicale eorum subjectum, in quo puta tales Index morbiæ, morbiq; Ideales sunt & continentur.

Subjectū  
Morbo-  
rum Id.  
Non est  
corpus aus-  
ejus par-  
tes.

S. II. Momentaneas in Sanitate vicissitudines & subitanæas metamorphoses omni tempore observarunt Medici, in originem vero & sedem Curiosiores tantum, licet impari fortunâ, inquisiverunt. Qui enim Subjectum faciunt corpus, diversasq; ejus partes, solidas & humidas, nunc nervos nunc venas, nunc alias vasæ, à variorum humorum abundantia, obstruktione, fermentatione, gravata, vix invenient apud consideratores fidem aut assensum, cum omnino hæc vitiosum humorum faburra, obstruktionem aut fermentationem inducens, non uno potuerit generari momento, & ad tantam pervenire *anquæ*, obstruktiones autem ac fermentationes suos habeant gradus, præsuppositasq; causas, quæ prius declinationem ad morbum s. dispositio nem morbosam requirunt, quam habitum vitiosum inducane perfectum, tamq; admirandum accelerat casum.

S. III. Altius ascenderunt hi, qui relatio corpore, damna. *Nec Mens.*  
tis humoribus, absolutis à suspicione istâ corporis organis qui- *s. Animæ*  
busvis, sedem ad animam ipsam transtulerunt, eamq; quoad Fa- *Rationæ*  
cultates saepius afflictam pronunciarunt, illæso habitaculo suo *læs.*  
corpore, maxime sanis existentibus instrumentis. Hi si secun-  
dum Willistum & Marcum Marci animam distinguenter à  
Mente, ejusq; hypostasin confiterentur materialem, aliquid di-  
stille viderentur. De cætero, quâ ratione Spiritualem substan-  
tiam,

tiām, passionibus immediate subjecere, aut eadē prorsus motōrum genera, in brutis animalibus, ubi Ratio deest, vel quoq; objecta positiva realia, in entib⁹ rationis Facultat. locare velint, non video, nisi & has in Archeum m. derivare velint. Qvod licet terminorum lusus, non plane tamen absonum esset.

*Neg. rō  
Oīos pre-  
tendere  
debet.*

*Sed est Ar-  
cheus.*

*Termini  
Archeo  
equipol-  
lentes.*

*Spiritus  
Veterum  
cum Re-  
centiorum  
Archeo  
convenit.*

§. IV. Tutissimā autem viā incedere sibi videbuntur, forsitan ii, qui rō fēcōv, non quidem sensu Hippocratico & positis causis secundis, aut occultam quandam virtutem prætententes, de reliquis circumstantiis minus se exhibent curiosos.

§. V. Ast nobis adæquatum & radicale morborum ab Imaginationeſ. Idealium Subjectū, id esse videtur, qvod vinculum mentis cum corpore, actionum itidem & motionum ejusdem apud quamplurimos audit moderator. Dicimus eundem, Archeum, voce quidem Helmontianā, non absonē tamen, rem explicante. Nec eō ipso veterum spēnere, minus intotum rejicere studemus doctrinā, qvin potius omnibus modis, eō laborare, quō utrorumq; Veterum nempe & Recentiorum asserta, unā evolvantur & quantum per veritatem licebit, conformentur. Quod utiq; possibile esse censemus. Siqvidem, quicquid de Archeo dicitur, quoad materialitatem, originem ex Luce simplicissimā & particulis subtilissimis, operationem ejusdem per Attractionem, Expulsionem, Retentionem, &c. differentiā ſ. divisionem in plures particulares ſ. speciales, membris corporis & Potentiis, dicatos, id omne quoque de Calido Inato Spiritu Vitali, Animā Facultatibus, & Formis subordinatis particularibus jure prædicari potest.

§. IV. Nam si rem æstimamus ut est, videbimus, vetustissimōrum m. Scriptorū de Calido Jnnato, & Spiritibus doctrenam, non tantum satisfacere conceptui, sed & convenire exacti Archeo Recentiorum. Spiritus enim, tanq;am Particulae corporis lucidaꝝ, puraꝝ, Salino-Sulphureaꝝ, volatiles, activae, vita cunctarumq; actionum vitalium autores & directrices jure audiunt. His in corpore existentibus fortibus, vires fortes, debilibus, debiles experimur. Hi ad opinionem quoq; Hippocratis suam ex Spiritu communis, qvem ventus in ventre reportare dicitur

dicitur ab Hermete \* trahunt originem & capiunt alimentum, illiq; ad alterationem Spiritus hujus communis suas patiuntur alteraciones & passiones morbificas. In his ergo potissimas morborum accessiones, jure locavit Senex divinus \*\*, Unde & Claris. Dn.D. Wirdig \*\*\* cunctas morborum accessiones, in earundem alterationibus & perturbationibus depositus satis convenienter, monstravitq; legitimam Spiritus reducendi methodum, per convenientem curandi modum. Qvo cum consentit qvoq; Illustr. D. Sennertus,\*\*\*\* dum in tractatione Maniae sedem eiusdem qvoq; ponit in spirituum perturbatione & alteratione insigni.

\* Tabula Smaragd. \*\* de Plat. T.i.p.m.401. \*\*\* Medic. Spirituum. \*\*\* Lib.i.Med.Pr.

§. VII. Qvicquid etiam de spiritibus sejunctim dicendum est, de sanguine tanquam eorum subiecto proprio pradicari qvoq; potest; Proindeq; sanguis eodem jure pro vita principe, & mortis termino recipitur. Cum n. punctum primum sanguis & undulatio extrema in sanguineo liqvore, nec alibi persentiantur, actiones animales quacunq; ex sanguinis vigore & beatitate judicentur; hujus conformatio & particularum constitutio vulgatorum temperamentorum sit origo, ejusq; vera plurimorum affectuum existat causa; à Scripturâ ipsâ in eo locetur animæ sedes, & ab Hippocrate \*, is proinde in homine maximam partem ad prudentiam etiam conferre dicitur, cur non rite explicatâ mente pro Archei Synonimo haberipossit, non videmus. Vid. Harvæus Exercitat. de Genitrat. animal. Reek de motu cordis, Jacob de Back & Lovver. dissert. de corde aliq;.

Sanguis  
qvoq; recte  
intellex  
idem de-  
nosat.

\* de Morbis Lib.i. Tom.II.op.p.33.

§. VIII. Et conciliatis nunc spiritu vitali & sanguine quoad identitatem substantiæ & formæ, cum Archeo fabricante; calidi, vulgo sic dicti, innati convenientia cum utroq; demonstratu erit facillima. Siquidem ut nunc, autoritatibus, una aut alterâ & non rationibus institutum pro' equamur, Galenus spiritu vitalem cum calido innato unum idemq; esse, mani

Calidum  
innatum  
ab Archeo  
qvoq; now  
differe,

10.

festò assert. Sic enim lib. 5. cap. 9. Simpl. inquit, *Calidum innatum dicitur quod eriam Spiritum in singulis appellamus animalibus*. Qvò etiam respicit Scaliger dicens: *Scriptum reliquere Sapientes, nihil aliud esse calorem naturalem, quam Spiritum à variis functionibus Naturalem Vitalem Animalem & Genitalem dictum. Exercit. CCLXXX. & Divinus quoque ex eiusdem eadem prædicta & Spiritui & Calido innato assignet & tribuat passim.*

*Nec Facili-* S. IX. Nec his contrarii sunt, qui sub Facultatibus animalibus animatae s. virtutibus suas tradunt & expendunt doctrinas. Moti maritales enim, ut credo, religione, unitatem animæ defensuri, omnes operatae operationes animales ab unicâ istâ rationali diducunt, quas ipsius nuncupant Facultates. Non autem sibi contrariantur Facultates & Archei, cù qvicq; nos Archeum Retentricē, Nutricē, Generatricē &c: nuncupamus, illi per virtutum & potentiarum terminos prodant & tradant, harum autem potentiarum directricem aut autorem ipsam Mensem s. animam rationalem constituant, quam nos ex supra allatis rationibus Archeum s. Spiritus vitales facimus. Qvicq; tandem sit, aut Facultatum recte intolleratur titulo aut Archei termino tradatur doctrina, idem erit; disensus hicce terminorum in Medicâ arte aut curâ nullam afferre poterit moram aut impedimentum. Licet animæ rationalis in animalibus operationibus quietem, peculiarisq; Archei Fabri, à corpore & mente multis parasangis distantis, existentiam, argumenta invicta, h. l. minus apte tradenda, evincant, verius itidem & magis rationabiliter per Archeum ens verum existens, animalium operationum expendatur series, intellectuq; objiciatur, quam per Facultatum fictum conceptum, potentiarumq; entia rationis & nuda excogitata.

*Per Ani-* S. X. Qvibus quoq; hunc Archeum fabrum s. operantem animam vel formarum partialium titulo insignire lubeat, scivis idem eam à rationali materialitate distingvere, eiq; cunctas naturas quoq; intellectus actions tribuere, non nos habebunt contradicentes. Quid ligitur. enim Archeo nostro magis proprium & affine esse posse, quam si ad mentem Philosophorum & Medicorum Excellentissimo

rum,

rum, Democriti, Epicuri, Laertii, Lucretii, Platonis, Pythagorei, Cartesii, Hogelandi, Honorati Fabri, Gassendi, Willisi &c. Brutorum animas (qua hominum sensitivæ istis Autoribus dicuntur) igni (Luci) conformes ex atomorum Sulphureo-Osarum subtilium & valde mobilium agglomeratione & congerie esse constructas, quæ scilicet cum vitâ in motum, velut ignitionem citatæ, eundem usq; & pariter Subsistentiam suam continuant, quamdiu, ius ex materia apposita nutrimentum, quod sensim absorbitur, interius Sulphureum, exterius à medio ambiente Ostromum, conceditur. Easdem cunctarum actionum animalium esse causas, dum haec in prima statim corporis formatione se activas demonstrant, machinam corpoream, tanquam domicilium suum effingunt, dein corpus illud integrè formatum ad usus quævis tum speciei, tum individuo necessarios, aptum & accommodatum reddunt, in quos usus multiplici facultatum & potentiarum (idearum) satellitio instruuntur, nec non juxta varie naturæ instinctus & suggestiones, actus variis generis, tametsi uno fere semper modo & velut prædestinatè exercent. vid. Willisi Tract. de Animâ Brutorum Cap. II. p. 8. 9. 10.

S. XI. Et haec breviter de æquipollentia Terminorum, Archei, Spiritus vitalis, Anima, si Formarū subord' natarum aut subjugatarum particularium, Sangvinis etiam &c: conciliatione harmonia atque operationis identitate, dicta hæc vice sufficiant. Quamvis tamē non negabimus, ubi vis aliqvid superesse, quod explicatione & fusione & meliore indigeat, quam una cum vera conciliatione ab aliis potius expectabimus, quam à nobis factam esse afferemus.

## CAP. III.

## ARCHEI NATURAM AD MENTEM RECENTIORUM EXPLICANS.

S. I.

**N**ON autem nobis vertetur vitio, quod subjectum morbo-  
rum idealium indigitaverimus per Archeum operantem.

*Subjectum**M. J. Ar-**chent.*

B 3

&amp; al-

& actiones corporis organici dirigentem, & nunc porrò ad naturam ejus sufficienter explicandam, simus applicaturi animum: Cum enim terminus iste hoc tempore, usu receptus in cunctorum fere audiatur oribus & scriptis, sub denominatione istâ memorem nostram exponere non dubitavimus.

*Origo Vocabulorum.*

§. II. Dicitur si licet Archeus Recentioribus ad analogiam vocabuli græci ἀρχή (Princeps) ut principem quasi vite & actionum vitalium, denotet, s. ab ἀρχῇ valde. ἀργεῖ (fortitudo vel potentia, ) s. ex liberrimâ quâcunq; denominandi voluntate, hoc sensu adhibitus, nobis idem esse poterit, modo sub hoc titulo res decenter explicetur & intelligatur.

*Spiritus*

*Universi, s. Mundi*

§. III. Mirabilem macrocosmi structuram præter altiss. gubernaculum supremum, adhuc intrinseco quodam principio moveri, agere & vicissitudines pati, cognoverunt quovis tempore sapientiores. Animam igitur mundi singularem statuit Plato, quam cum Zoroastre & Heraclyto alii ignem genitalem, aut cum Hermete Trismegisto Spiritum intelligibilem, vel cum Anaxagora mentem dirigentem vel cum Plutarcho ac Hippocrate spiritum universi, aut tandem cum Recentioribus Archem, fabricantem, & hieroglyphico termino Proteum omniiformem nuncuparunt. Id qvod tamen non nisi de Luce intelligendum volumus.

*Macroco-*

*smi & Mi-*

*crocosmi*

*harmonia.*

§. IV. Imitatur Macrocosmum exactè Microcosmus, principiorum quippe identitatem, corporum variorum, vasta molis Macrocosmiorum, in exigua hominis structurâ delineatione & exemplare compendium, miraculosè fabricatum conspicimus. Corpus ex principiis communibus ortum, membrum à Deo in creatione inspiratum, utrumq; toto coelo distante offendimus. Inest mens corpori, anima rationalis eaq; immaterialis, operatur in eodem, non quidem immediate, cum simplificatione occidit, maxime mixto uniatur nequaquam; perat h[ab]et. sed per vinculum & organon aut medium inter Corpus & Mentem, Spiritum, nempe sive Archem proprium, universi particula Jam & ideam, omnium corporum animalium Solem centram, Sulphur incombustibile & totius fortitudinis fortitudinem fort-

*Mens qua-*

*perat h[ab]et.*

fortem; \*Et de hoc unionis vinculo aut medio, me ferè nullū sā  
nē philosophantem habere contrarium, afferere ausim, cum o  
mnes animam rationalem fateantur inorganicam, corpo  
ris autem organa per se ad operandum inepta, unde ulro  
ad spirituum regreduntur virtutem, eosdem anima faciunt in  
strumenta & operandi media, iis proinde lēsis. Iaditur operatio,  
imo cedit summus arbiter Mens; unde vinculū & mediū Spiritus  
aut Archeum esse, luce clarius patefecit. Nec me morabuntur  
qui medium hocce unionis & operationis respuentes, unionera  
corporis & anima in modo essendi utriusque, mutuāqve actio  
num & passionum relatione solum colloquunt, & vinculum hoc  
tanquam inconveniens rejiciunt penitus, Nam inquit, aut  
vinculum illud est extensum, aut extensione caret, si prius, quo  
modo poterit coextendi menti, qui spiritus est & immaterialis,  
si posterius, quomodo jungi poterit Corpori? Verum enim  
verò multo majori jure hoc de corpore opponendum esset, in  
quo tanquam grato hospitio mens tamen degit & gaudet.  
Anne cum eo extensa nec ne? & si prius virtualiter, an verò rea  
liter? Qvieqvid reponant, commodius de archeali vinculo sub  
stantiā simplicissimā, purā, qvam de corpore mixto, crasso, im  
puro explicabimus. Qui vero extra operationis actum nullam  
mentem inter & corpus uniorum concedunt, aut contradicatio  
nem molestam involvunt, aut occasionalem tantum haricce u  
nionem afferunt, (quemadmodum Spiritus completus ob effe  
ctum aliquem edendum jungitur quandoq; alicui corpori) &  
svavisi. Mensis cum Corpore consenfum, harmoniam, relatio  
nem & sympathiam in totum auferunt.

\* Vid. Fort. Licet. de Anim. Coextens. Corp. Ant.  
Grande Inst. Phil. P. IX. p. 28 seqq.

§. V. Saniora fatebuntur qui fabricantis animalis Ar  
chei ortum & principium inspexerint intimius & conside  
raverit altius. Lux idem est, materiarum simplicissim  
simplicissima, maximie actuarum maxime activa, fortiss.  
fortissima, excellentiss. excellentissima. Unde Excell: Dn. Kirch  
majerus, Natura Scrutator solertiss. Hospes & Patronus Veneran  
dus

Unio  
corporis &  
Mentis an  
in modo  
essendi u  
triusq.  
An exten  
siva an  
non.  
An vir  
tualis an  
Realis.

Archei o  
rigo à Lu  
ce & ma  
terialis.

*dum ingeniosiss. suo de Phosphoro & naturâ Luc. Tract. c. 2. Sect. 4.*  
**Lux Idea** p. 20. summo jure de eodem, ita sentit; Radium & Ideam M-  
 divinae *festatis fructum quoq; bonitatis sua. DEu opt. communicare vo-*  
**Majestat.** *lens, nullum aliud quam lucis Symbolon elegit.* Enim verò tam  
 alta est hujus substantia in doles, ut paradoxa afferere non vide-  
 bor, si statueri in lucem spirituum finitorum putam, naturam affe-  
**Lux mo-** *ctionibus illustribus proxime imitari.* Ab hac lucis indole est  
**tus omnis** *quicquid activitatis aut mobilitatis machinæ corporis animalis*  
*origo.* *non tantum, sed & vegetabilis inest, quam diu hæc concentrata,*  
*præsens, motus & vita, dissipata vero & absens, mortisera quies*  
*adest.* Ad quam sententiam inclinat quoq; Magnus Daniel  
*Sennerius hisce verbis: Omnia statuendum viderur nobilioris*  
*essentia, quam misere ex elementis simpliciter, esse hunc Spiritum,*  
*relegit, de eo etiam illud Scaligeri Exerc. 307. S. XX, affirmari pos-*  
*se, omnem formam cuiuscunq; perfecte misse m. si non est anima,*  
*naturam esse quintam, longe aliam à quatuor elementis.* Atque  
*etiam vel simplex corpus erit hic Spiritus, ab initio rebus à Creatore*  
*indictum, atq; hoc modo revera aliud à IV. elementis & misis ex*  
*is ac tñ tñ dñgñ s ex qd p dñy l o y o v, volsi mistum fuerit ex ele-*  
*mentis, non tam erit mistum ex elementis simpliciter, sed habe-*  
*bit suam essentiam, à speculari formâ, qua ut ex Scaligero dictum,*  
*revera natura quinta est, longe alia à IV. elementis: de quâ illa-*  
*gius prestantis nobilioresq; actiones proveniunt & ob quam calo-*  
*dicatur analogum.* Et hanc lucis in Corporibus præsentiam  
*causalē, exemplis & experimentis unā cum rationib; nunc di-*  
*duceremus ulterius, nisi excluderemur harum pagellarum angu-*  
*stia, actumq; ageremus cum idem à Celeb. Thoma Barbol. de*  
*Luce Animal Tract. absolutiss, nec non ab Excell. Dn. Kirchma-*  
*gero l.c. incompendio expeditum sit jam dudum.*

**Archeus**  
*constat*  
*quoq; ex*  
*particulis*  
*sui corpo-*  
*rie.*

§. VI. Etsi autem tam splendida ac divina plane sit hujus  
*Archei Vitzlis origo, recipit tamen etiam particulas quasdam*  
*ab habitaculo suo corpore quas sibi associat, intime conjungit*  
*& illustr. suarum affectionum facit proprias. Hę particulae pro*  
*cujuslibet speciei qualitate, & proprietate, Archeum, quoq; fa-*  
*ciunt diversum & distinctum, per ideam, speciei illi, à primo or-*  
*tu,*

tu, inditam & propriam. Siquidem omnes Vegetabilium, Animalium, Mineralium Archei, sunt ratione originis ac ortus inde, universalis puta Lucis filii, aut Communis spiritus particula, aliter tamen constituti sunt & operantur in *seminio* Mineralium, quam *succo* Vegetabilium aut *sanguine* Animalium; ita, ut junctus minerali Burr, ut loquitur, solidum, durum & immobile efficiat corpus: associatus. *Loffas* s. *succo* Vegetabilium molle & gracile; intus vero *sangvini* animali, sensibile & mobile demonstrat productum; documento, accedere aliquid ab hisce corporibus, quod cum particulis communis Spiritus aut Archei junctum, jam eum facit speciei proprium, per ideale istud sigillum ex combinatione Spiritus universalis cum particulis certi corporis natum & ortum. Et hinc alias est Archeus atq; character auri, alias argenti, alias centaui, minor, quam chelidonii, alias leonis quam lupi aut hominis. Imo & in individuis variat idem, cum enim in semine nunc antecellant particulae volatiles, nunc terrestres, nuc fluidæ nuc mixtæ, nunc plane vitiæ figuratae, hinc accedit, quod Archeus semini superaddicte, nunc impetrat hospitium activum, nunc tardum, nunc mixtum, nunc plane vitiæ dispositum, quæ cunctorum temperamentorum morborumque à primo ortu est veriss. causa.

*Idea corporum facie distinctionem Archorum.*

S.VII. Quamvis porro ex origine Archei non parum perceperimus ejus naturâ, nondum tamen penitus satisfecimus intellectui nostro, cum ne sic quidem certum de indole ejus formare possumus conceptum. Unde ad obtainendum hoc progredimur porro. Dixi originem debere Luci simpliciss., dixi materialem, dixi maxime activum & mobilem: Ex affectionibus hisce, materiæ archæalis conformatiōnem atq; figuratiōnē concludimus sine insigni opera. Non autem obscuris ipsis corporis oculis metiamur unum quodq; necesse est. Quot enim sunt in naturâ, quæ sensus nostros aut plane fugiunt, aut si videntur, ob primorum principiorum configurationem teatam, omnirationi illidunt. Quis enim hamosè figurata *magnetis* effluvia, attractricis virtutis causam vidit unquam? Cuinam tetrahedra, *Citri*, *Oxylappati*, *aceti*, *Vitrioli*. particulae, aciditatis

*Temperamentorum rasio & causa.*

*Magnetis Attractrix virtus ex- unde.*

**Particulae** stipricae efficientes, occurrerunt aliquando? Quis aculeis fure  
**aciditatis** catis consitas Abrotani, Absinthii, Aloes, Myrrha, &c. observa-  
**quales.** vit atomos? Mente hæc exploranda sunt, Intellectu investiganda  
**Amaritu-** eadem; Cum secundum Scaligerum, Ea diviniora ea sint, quo  
**dinis caus-** longius ab externis sensibus remota. Quid in Archei anato-  
**se.** mia in antecessum quoque volui monere. Nunc brevibus  
**Particu-** affero: Fugere quidem particularas Archei externos corporis o-  
**larum Ar-** culos non tamen mentis, cum hæc deprehendant omnium ge-  
**chei qua-** nerum atomos & particularas, quoad qualitates, Olin-  
**litas.** ~~reas, non crassas istas, sensibus subjectas, sed ad mentem Excell.~~  
**Earundē** Bonni in his latentes, insipidas & quasi semifinales, omnium sup-  
**quantiti-** tiliss. & maxime activas; Quoad quantitates rotundas, striatas,  
**tas.** triangulares, aculeatas, hamosas, summi, varie figuratas ac for-  
 matas. Humi rotundæ & summe mobiles constituant potissi-  
**Motus &** mam ejus substantiaz partem, cum talen particularum figura-  
**Attivitas** tionem activas, mobilitas exindeque accensus calor poseant  
**in Archeo** necessariò, striatæ triangulares, hamose, interstitia rotunda-  
**nde.** rum decenter supplent, suos tamen certos habent usus, quod  
 runc explicabo porro. Motum omnesq; exinde sequentes &  
 ctiones adscribo particularis rotundis s. primi elementi, hasq;ve  
 omnibus aliis particularis ad operationem diducendis, jungendas  
 puto. Facultates reliquias ex ceteris diduco atomorum confor-  
 mationibus. Sic novimus inesse Archeo varias operationes  
**Facultas** Attractrices, Expultrices, Retractrices, Nutrices, Generatrices &c.  
**Attrac-** cunctas ex particularum figuraonibus natas. Attractricem  
**trix.** potentiam adscribo particulis hamosis & furcatis, quibus ad mo-  
 dum impressionis originalis Archeus attrahit id, quod sibi con-  
**Expultrix.** veniens. Expultricem assigno terotibus & acutis, urticarum  
 aculeis consimilibus, quæ pungendo sensorium partis alicujus  
 fodificant & aperiendo poros ad expellendum simul provocant.  
**Retractrix.** Retractricem per atomos ramosas, plurimisq; hamulis confertas  
**Nutrix.** operari, | Nutricem ope attractricis & retractricis accedente spe-  
**Genera-** cificâ quâdam ideâ agere; Generatricem particularū cunctarum  
**trix.** in semine esse concentrationem s. idem, non sine ratione asse-  
 ro; Et sicut reliquias. Hæc verò ad mentem Laertii, Epicuri  
 Gar-

17. 50

*Certhefsi & Dygbei compendiosè de Archei forma dicta sufficiat.*

S. VIII. Hacum modo enumerañ quantitatuum figurarum, quamvis mirabilis deprehendatur virtus, stupendaque existat efficacia, de subjecto tamen in quo operentur disqvirendum adhuc ulterius: Scilicet Archeum fabrum & operatorem, receperimus semel, & quicquid de particularum conformatione recensuimus, id omne quoq; ad ejus essentiaz cognitionem collimare voluimus. Quà tamen ratione Oeconomia in corporis nostri administraret & quà sede radicali propriæque gaudeat, nondum expeditum satis est. Menterem categoricam acutiss. *Helmontii* adducere vix possum; Cum enim nunc ipsum stabilem *spissatum splenii* insitum, exalteat, nunc cerebro & cephalicis organis delectetur, nunc laticem aliquem peculiarem Archei mandatis subdat, nunc stomachalem regionem ceteris anteferat, certi hospitiis denominatio manet dubia: Quantū tamen ex scriptis colligere licet, stomachus ejusq; orificii dextri membrana interior, *Sedes Ar- pro vera Archei recipienda erit aula & sede;* in hac residens *cheifuxia* distingvit, ex mente autoris, convenientias rerum cunctarum, *Helmon- proportiones, similitudines ac adaptationes.*

S. IX. Verum cum in hanc *Helmontii* sententiam satis *Vera Se- argute alias excogitata*, ob certas rationes condescendere ne- des San- qveamus, absq; illâ ejus censurâ nostram nunc brevibus expone- guis.

mus opinionem: Archeum fecimus materialem, at theremq;, *Helmontii* nunc declaramus cum cum toto corpore coextensem, sanguinis *sedes rei* hospitio & pabulo gaudentem. Sangvinis quippe receptacula *citur*, cunctas corporis perreptant partes, in minutissimosq; dispersa rivulos, salutarem cruentem ex oceano cordis undiqvaque deferunt. Commodiss. hoc hospitium maxime convenientis haec est sedes. Operatur nunc Archeus, quatenus in sanguine collocatus, secundum ideam specificam impressam, per instru- menta convenientia, naturales, vitales, animales functiones perficit, un: cuiq; parti & membro ad modum characteris dotalis, fermentis partium superadditi, suum tribuit necessarium, asso- ciat, conjungit & applicat, superfua detrahit auferit & seq-  
C 2 strat,

stat, as hinc totius corporis economiam legitime administrat  
& gubernat.

**Sunt in Corpore Archei s. Idee speciales operantes & fabricantes.**

LIB. X. Et quod haec convenientius percipiatur, notandum, habere hunc Archeum suos Archeos speciales & particulares, (quemadmodum id Sperlingiani per variae formas partiales explicant communiter). quae eisdem conjunctim sumpti, certam aliquus speciei constituant symmetriam & formam, sic ut a primo incipiamus ortu, in est semini, tanquam receptaculo parvo, Archeus certe alicui speciei, herbe, metallo, animali dictatus; habet autem is suos particulares Archeos formantes & operantes, exempli gratia, in Vegetabilis Seminio, Centaur. min. Salvie, Beronice est Archeus unicuique proprius, in Lupo, Cane, Leone itidem. Alius tamen adhuc est peculiaris ille faber, quo formatur in vegetabili caulis, alius quo folia, aliis quo nervuli. In animali quoque ratione formationis sanguinis, ossium, membranarum, venarum, unguum, pilorum, diversus & specialis requiritur, Archeus fabricans & operans. In Nutritionis actu observatur idem. Alio enim & distincto impulso ossa recipiunt acidas chyli particulas easdemque ad characteris impressionem sibi consum quid. formant; alia contra ideam inditam sanguis &reas & liquidas, ad sui nutritionem accipit & sibi assimilat. Alius itidem est character Sanguinis. Archei, quo attrahit, alias quo expellit, alias quo generat, alias Simile ab Horolo-gio, applicatur Archeo.

LIB. XI. Nec sibi hi Archei contrariantur, sed quemadmodum in machina quadam horologica structura tota dicitur horologium, facitque cum omnibus suis particularibus instrumentis ad machinam illius veram denominationem & operationem, licet deinde peculiaria sint adhuc organa, quae gravidine suam in otum conciliant, fissuris & intercisionibus certis, eam adjuvant; alia quibus motu ille conservatur methodicus & ad mensuram; alia quibus tempus denotatur & signatur &c. ita ut vitiato leviori quodam organorum, machina quoque vitetur simul & imperfecta reddatur; principali autem destructio aut ablato, destruatur artificium totum. Idem de Archeo valet assertum; speciales ejus Archei, tanquam, satellites & satrapes, suis strenue funguntur officiis, quibus se, a primo ortu per ideam

ideam primitus impressam dicati semel sunt. Archeus Attin-  
bens non expellit, nec Expellens alitrabit; Nutriend non generat:  
nec Generans nutrit &c. Omnes autem communis Archei sub-  
sunt imperio, à quo motum & actiones impetrant liberalissi-  
mè, cumq; eo conjunctim unam certam & perfectam con-  
stituant ideam, quæ vi characteris, in prima creatione diversi-  
modè impressi, pro specierum varietate fit earundem specificum  
attributum, formalis proprietas & dotalis qualitas. Qvodq;  
de vitiato alterutro particularium organorum, machinæ ho-  
rologicæ, supra diximus, idem hic quoque observamus; vi-  
tiato per exatricam ideam alterutro particularis Archei, vitiatur  
actio per Archeum illum perficienda. v. gr. Archeo Retinente  
per ideam aliquam morbosam debilitato & depravato, deprav-  
atur quoque actio retentrix conspicua, maximè in cå corpo-  
ris parte, inquā idealis ista & vitiosa idea fuit deposita: Sic po-  
namus eandem in stomacho aut intestinis, & experiemur  
pro debilitate aut fortitudine ideæ morbosæ, nauseam, vomi-  
tum, alyum laxam diarrhæam, dysenteriam, hemorrhagias va-  
rias &c. eademq; tamdiu continuant, donec vitiosa ista im-  
pressio per convenientia media erasa & ablata fuerit, Archeo  
suâ functione liberè iterum concessa. Interim autem  
communis Archei status erit perturbatus quoq; nonnunquam  
idem contristabitur, obstupefiet, indignabitur: I. etiam excussis  
habenis & frenis, penitus in furorem agitabitur, ob sympathiam  
& compassionem justam, harmoniam itidem & affinitatem, quæ  
Archei particulares junci sunt Archeo universaliter clivissimè, ab  
eoque dependent immediate. Quæ sympatheticæ affinitas  
tanta est, ut non tantum existat morborum sympatheticorum  
causa in eodem subjecto, ita, ut accepto vulnere in aliquâ re-  
gione corporis, idem sentiat Archeus communis, indeq; for-  
met ideam quandam morbosam, pro excitandâ febri sympa-  
theticâ & vulnerariâ, satis sufficientem, aut adhuc gravius al-  
terato Archeo, planc indignè ferat & inordinatè se jactet, inde-  
que deliria causetur, multis observationibus testibus; sed quo-  
que in dissipata operetur, suamq; vim in loca remotiora exerat.

Sympo.  
matum  
generatio  
quomodo.

Sic constat, nam laetioris cuiusdam hominis ex pauperculi brachialibus muscularis artificiose fabricatum, mortuo paupere defecisse quoque & corruptionem unam induisse. Sic oriuntur nonnunquam universarum familiarum interneciones eodem morborum genere, licet remotissimè à se invicem fuerint dispersæ. Eademq; ratione, Parentes liberorum suorum mala fata, per morbos, punctiones, cæsiones aliasq; violentas Archei perturbationes ipsis oblata, ex contristantibus propriis Archeis sspè augurantur & præsentiantur. Quæ cum non proprie sint hujus loci & trastationis, nunc sic ex ægido dicta & monita hoc loco sunt.

*Archeus in  
Batu se-  
parationis  
considere-  
sus, qualis*

§. XI. De subjecto Id. Morb. Archei, nempe natura profluxit forsitan sermo præter fas longior, unde ad causas nunc nos transferre, proximum est, quas etiam expenderemus convenienter, nisi adhuc pauca de Archei, in statu separationis vel mortis conditione hic adjicere, opera prestitum judicaremus, cum ad meliorem Morborum Idealium cognitionem non parum eam conferre judicemus, quod proinde tribus, ut dicitur, verbis evolvemus.

*Resolutio  
Archei  
qualis.*

§. XII. Vinculum & combinatorium animæ & corporis audiuit Archeus, immo rationalis mentis sedes & subjectum. Unde corporis & mentis separatio in vinculi hujus & Medii consistit destructione & ruptura vel potius resolutione. (Quod etiam dicunt Nostrates, de spiritibus & V. eterne de calido nativo.) Contingit ista resolutio, quatenus per varias ideas morbosas Archeus morbificè alteratur, in præternaturalem locatur statuta & nunc violentè motu & agitatione particulas intersitas varie figuratas terit & detornat, in sphæricam formam transmutat, & ad motum secum abripit, proindeq; se ipsum quasi ascendit, comburit, destruit, & sic ad omnes actiones & functiones inhabilem reddit; Unde necessaria & violento impetu metuenda destructio, exemplo caloris ignei, qui quamdiu convenienter moderatæq; sovetur, conservari diu potest; semel autem excessive accenso, impetuosa ignitione abit in auras. Nunc fatali torpore ligatur idem, dum rotunda & contiguae

*Quomodo  
contingat  
ab Archei  
furor.*

*Ab Archei  
Torporo.*

cjus

27. 20

ejus atomi in particulas irregulares & angulatas, parum ad motum effictas, convertuntur, quatenus corpora aliena & initio tenuissima, particulis rotundis & ad mortum per naturam aptissimis se admiserint, illis adhaerent tenaciter, & tandem condensata motum impediunt, activitatem tollunt, & ex materia Ele. *Elementi*  
menti primi elementum tertium formant. Cum itaque ex ante dictis certo constet, constare Archon ex particulis elementi *tertium*, primi & tertii proportionate mixtis & combinatis, indubitate *mūratio* & sequitur, mortem nihil aliud esse, quam particularum harum *contra*, in alterutrius substantiam commutationē, scil. aut elementi tertii in elementum primum, aut primi in tertium, quā transmutatione ad justas suas functiones obeyidas redditur Archeus *Mortuus*, inhabilis. Quamdiu proinde talis funesta alteratio adhuc infieri, & nondum gradum adeptā est summum, poterit medicamenti virtute succurrī laboranti fabro, particulaq; conjunctum vel ad rotunditatem & sphäricam figuram tendentes, obtundi atteri, universum verò ad irregularitatem & angularem formam properantes, detornari & in globulum dñdū iterum, ad quem scopum eiusvis medicaminis propria collimat facultas & dotalis potestas.

*§. XIII.* An verò Archeistic Vitalis, facta resolutione, *Archeg in*  
Mentis & corporis planc avolet, suoq; principio, luci putat, *quenam*  
se iterum iugitat? An in corporibus & corporum reliquiis, *resolutar*  
men adhuc lateat, & motione exutus quiescat, donec spiritum, *principia*  
suum motorem à Deo in futurā resuscitationis die iterum accipiat? determinata hanc ita facile est. Si autem consideravemus ritè, que supra *§. V. & VI.* de Archei naturā tradidimus,  
quomodo nempto is ex particulis spiritus communis, & corporis,  
sui habitaculi, specificis & Idealibus conflatus sit, concludimus  
*Non absque ratione;* Abire equidem in morte particulas istas *Abit in*  
æthereas in auras, suoq; associari principio, ast non eo mo- *auras.*  
mento ac ieu mortis, sed post fatis longam etiam moram,  
quod in his, qui violentā nece ( gladii ieu ) tolluntur ē medio, *Non mo-*  
mento isto abesse, & vel in sede beatorum vel malædictorum ipso momen- *Mortis.*  
to in-



*Operatur  
Archeus  
absente  
nationali  
animâ.*

*Operatio-  
nes tales  
non sunt  
reliquie  
Facultatū  
mentis,*

*Probatur  
exemplio  
subjecti A-  
natomici,*

*et quod sit*

*Vita abse-  
Mentis  
presentia  
consisteret  
pp:quit.*

to interencionis translocari, concedent omnes, actionum tam  
naturalium & animalium testimonia, ambulando, moven-  
do & circumagendo dederunt conspicua, nec haec operationum  
anima reliquiae dici possunt, ad exemplum circumgyratæ ro-  
tae, quæ remotâ liceat manu, cursum suum ad vires moventis  
proportionatum, continuat, sed varia mixtaque actionum scri-  
es, ordinata & justa earum executio, perq[ue] longum tempus  
duratio & continuatio evincunt, adesse & superesse adhuc in  
corpo motorem aliquem certum, ordinarium & convenien-  
tem, Archeum nempe sapienter nuncupatum. Quod in nuperâ  
sectione Anatomicâ masculini cadaveris hic Wittenbergæ sub  
administratione Excell Dn. D. Presidis pridie Calend. Maii hujus  
anni, sumus experti; Cum in Juvenis iste gladii poena adjudicatus  
esset, & primâ o[ctava] matutinâ, postea decimâ, unicâ ante exe-  
cutionem, hora, varium & multum crassum cibum, carnem  
nempe assatam Galli Indici, & panem ad satiandum appetitur,  
cum pota vini & cœceris ad aliquot mensuras assumebat,  
ut quoque in prima, cadaveris tractatione, primo die, per ceso-  
phagi ductum redoleret merus vini odor; deprehendimus ta-  
men altero die in ventriculi apertione, stomachum officio suo  
egregie functionem. Paucatum erant in ventriculo alimenta-  
penitus tamen mutata, ut nec odorem, nec saporem, nec exter-  
nam formiam amplius referrent. In intestino ceteroquin duo-  
deno massa chyloſa alba & satis laudabilis & copiosa cernebat-  
ur, praesente non solum Anatomico ipso Excell. D. Loffio, sed  
etiam Medicina Studioſis solerter, Dr. Ringlio, Maroldo, &  
Rauffendorff; documento, Archeum officio suo, remotâ li-  
cer Mente, non defuisse. Unde eundem absente Intellectu, na-  
turalibus & animalibus actionibus decenter fungi posse, para-  
doxon non vensemus; sed statuendum putamus, quod licet  
hic Archeus sine mentis conjugio, ut summo & nobilissimo a-  
ctionum excellentissimarum arbitrio, vitam in humano corpo-  
re conservare in longinquum nequeat, attamen per tempus non  
breve sub sua propriâ directione, actiones vitales perficere, &  
exequi potens sit, maximè in ali subjecto, in quo vehiculum  
seu

23.

Si sedes Archei viscosa & tenax est, qualis nostro iudicio Melancholicorum & pituita viscosa præditorum constitutio esse solet; Unde ægredere ex iisdem emititur Archeus, quod in serpentibus, ranis aliisque insectis, ex limosa materia genitis, experimur quotidie. Eorum enim viscosus & limosus Archeus operationem nedum amittit, dissolitus licet in minutissima frustula corporibus, cum motum & actionem in partibus istis videamus ad huc manifestum, diuque continuante.

§. XIV. Quod autem haec Archeales particulae secundum *An in officiis somniis Rabbinorum* receperant & concentrentur quasi in *cupo Lus* officio quodam, ossi sacro inferius subnexo, Lus dicto, proindeque illa sine illud nulla vi, nullo modo corrupti aut perdi possit, sed materialiter Resurrectionis principium & futura resuscitationis fundamentum, primo statim aspectu olet fabulam & inter Rabbinica figura non est postremum, unde ulteriori confutatione vix dignum. *Conf. Excell. Philologus & P.P. Witteb. Dassoviensis Tract. de Resurrect. Mortuor. Cap. III. de Forma Resurrect.* p. 26. seqq.

CAP. IV.  
CALISAS DIFFERENTIAS ET SIGNA  
EVOLVENS.

§. I.

Quæ de subjecto morborum Idealium studio fusi sibi expedita sunt, ea nunc in reliquis compensabimus brevitate. Causam itaque Proximam immediatam denominatur, eam dicimus Ideam aliquam præternaturalem seu morbosam, Proximorem in Phantasias significheret virtute locamus. De vocabuli Idea acceptione superius iam tum actum, pauca ad rhombum facientia superaddemus nunc. Sunt Ideæ in Mente, sunt quoque in Archeo seu Spiritibus. Mens immaterialis & simplicissima, certas tamen possidet ac format ideas. Innata idea ejus est, quæ disponitur harmonice ad corpus, certosque & distinctos reperit, vera habet characteres, quibus responderet suo corpori, ita ut Ideas Mens tis innatae quoniam.

D

v. ha.



**Sympa-** vi harum Idearum originalium, Mens licet substantia spiritualis  
**the cum** & incorporeæ, sicut quoque participes & passionum & affectuum  
**corpo o-** sui corporis. Adventitiae & succedentes idæ, conceptus sunt  
**rigo.** quotidiani, quoties enim res quædam mente concipiuntur ac intel-  
**Adventi-** liguntur, & sic objectivæ est in intellectu, toties revera idea rei isti-  
**tia quales.** us formatur nova, mentalis licet & spiritualis. Quæ de re no-  
 bis res præcipue non est.

**Archeales** §. II. Archeales intelligimus hæc vice, nec eas innatas  
 bic intelli- naturales, quibus tanquam per scientiam connatam, cunctæ a-  
 guntur i- ctiones secundum corporis, cui inhærent, proprietates & orga-  
 nes. nisationem eduntur, aut efficiuntur, sed adventitias & præterna-  
 Et quid ad turales, innatis naturalibus è diametro contrarias, uno verbo,  
 ventitio morbosas. Cum enim per ideas innatas naturales, functiones  
 præterna- edantur secundum naturam, ita per præternaturales aut depræ-  
 turales, vantur, aut lèduntur, aut penitus tolluntur eadem.

§. III. Sunt itaque ideae morbosæ certæ imagines, re-  
**Idearum** ales materiales & peregrinæ, occasione sensuum & Pathematum  
 morbosarū animi, Phantasie impressivæ vi in spiritu vitali characterizatæ,  
 descriptio. morborum & affectuum proximæ causæ.

§. IV. Quæ autem de Archei supra exposui natura, nunc  
**Idearum**, de idearum morbosarum conditione repetere hic quoque pos-  
 morbosarū sumus. Materialis est & realis idea morbosæ, quoniam ex sub-  
 cū Archea stantiæ Archei, eandem formari asserimus, sic, ut alterato quâ-  
 libus ratio cunq; tandem occasionali causâ, Archeo, formetur ad modum  
 par est. & indeolem alterationis imago quedam, ex propriâ Archei es-  
**Sunt Ma-** sentiâ, realis ac verè existens quæ nisi autrobore naturæ vel etiam  
 terialcs. Medicinæ ope eradatur iterum, ex eâdem materiâ alimentum,  
 capit, augetur, viresq; impetrat, quotidie majores, donec tandem  
 perveniat ad statum, licet ut plurimum in augmento, destruat  
 Archeum.

**Particula-** §. V. Rationi conforme itaque est, certam in ideis quo-  
 rum idea que morbosis esse particularum contiguarum conformatiōnem  
**Morbosæ** & figuratiōnem, pro alterationis varietate, variam & distinctam,  
**figuratio.** sic ut alterato per metum Archeo, introducta, meticuloſa idea  
 vel imago revera habeat aliam Atomorum constitutionem, quam

. id,

25.

id, quod per iræ occasionem spiritibus impressum fuit, sigillum.  
Nec ita difficile aestimamus determinationem ex rationali Cartesiano principio, quo certain & aliam ex metu, aliam ex irâ, aliam ex mœrore particularum conflationem, imaginisq; morbose productionem, statuere & explicare hic possemus, si temporis & intentionis permitteret ratio.

§. VI. Per exemplum unum aut alterum res evadet clarius *Probatur* & magis evidens. Sic v. gr. adducam morbi idealis totius, ut *exemplum* ajunt, substantiae historiam primo, exindeque formandi mo- *pestis*, dum exponam. Plus simplici vice enim percepimus hic, grassan- tem, anno superiori, *Dresde* & *Lipstic* pestem, solo saepius nuncio & inani alias verborum strepitu (cum scil. Draconis hu- jus volantis per discursum facta fuit mentio) in spiritibus audi- entium fixisse pedem, ac per fatalem aliquam ideam tam pro- fundas egisse radices, ut ex morte multorum, tandem capien- dus infelix fructus esset. In hac Pestis generatione nullam in- trinsecam ex humoribus, fermentis pestilentialibus, aut quibus- cunque tandem communiter inculatis causis, allegare possum. Sed corpus pono sanum, Archeum eousque inculpabilem, ex re- culatione autem tristis percepta, format Archeus ex suâmet ipsâ sub- stantiâ (qua cum ex principiis constet primis, ad quamcunq; ideam peregrinam exoticam & Archeo humano planè contra- riā induendam, apta est) imaginem quandam horrendam atro- cem, spirituumq; indoli planè contrariam, quam investit & induit, auget, Archeoque corporis imperanti, fortissimè im- primit. Hujus ideæ intuitu & sensu non solum, sed quoque sym- pathia cum generali Archeo alterantur idea operatrices specia- les, habens quatiunt & indignantur, officiis suis aut plane non, aut saltē per vices & inordinatē funguntur, & tandem vel pla- ne effreni agitantur in furorem, vel animum desponentes, ob- stupefacti actionibus se abdicant.

§. VII. Particularis autem morbi, per idealem impressio- *Morborū* nem, formandi rationem, aliquantò exponimus aliter. Sc. ibi & sympto- eandem ab Archeo fabricatam presupponimus ideam, non au- *matū par-* tem tam insignem, fortē & tenacem, unde Archeo communi *ticulariū*.

impar, hinc inde fluctuar, & absque effectu (potentia, qua Idea tanquam Lumina formalia se invicem penetrant) Archeos cunctos pervagatur, donec aliquem particularem offendat, qui vel jam tum ab occasionali causa alteratus & debilitatus, vel a primo ortu minus fortis fuit, huic se maritat, in illo morbosam ideam deponit, & consequenter morbum ipsum inducit. E.g. Per iram aut metum poterit fabricari in Archeo morbosa quædam idea sensationis tristis & dolorosæ, quæ cum non tam potens sit, ut imperantem Archeum subigere & inficere totaliter possit, in debilissimum vires suas exerit, quem nunc ponam in pedibus, unde eidem characterismo hocce morboso impresso, ibidem radices agit, ideas ulterius explicat & extendit, & tandem effectum per podagricum affectum luculenter demonstrat. Et ex hoc fundamento eluiscit, cur membro quodam, vulnera vel aliâ quâdam morbositate affecto, & superveniente, per iram, metum, contristationem &c. imagine alia, exoticæ, morbosa, cada in Archeum, potissimum jam tum affecti membra, idq[ue] magis & gravius afficiat & alteret.

*Idea Mor.  
bos. occul.  
tantur di-*

VIII. Latitare autem haec idea in Archeo possunt: diutius, ita ut nec sua morbositatis characterem amittant, nec tamen tantur di ad effectum producendum admitti queant, sed in statu, ut ita loquar, neutralitatis, perseverent. Communiter dicunt id dependere à dispositione corporis, quod per Ideas latentes paullò clarius, ut puto, explicatur. Hac ratione per benè multum tempus quis ideam febris ardantis in sanguine habere potuit, quæ accedente occasionali causa quâcunque, potu generoso, ita, motu, &c. accipit occasionem se explicandi & vires, exerendi. Sic observationes testantur, per levem, sèpius in extremitate articuli cuiusdam cum cultro aut alio instrumento, vulnerability, parvo temporis spatio acceleratam esse gangrenam; per cibi aliquanto calidioris superfuntoriam labiorum excoriationem, productum esse uleus Phagadænicum, sive depaescens malignum, &c. In his haec externæ cause tantum fuerunt incitamenta, quibus ideas, jamdudum in Archeo errantes, nacha sunt occasionem evolvendi & exponendi fæcē. Imo a primo ortu tales offendit

vitio,

viciosos characteres, qui si non per ejusmodi occasioales cau-  
cas excitentur, sopiae in æternum, nec unquam quoad actum se-  
cundum essent extirpare, quinimo convenientibus extirpari aut  
minimum in actu saltem primo conservari posse, credibile cen-  
semus. Nunc non memorabo Calculum, Podagram, Melancho-  
liam, Scorbutum &c. hæreditatis lege ad multos traducta,  
cum non semper opus sit, ut in seminis chylosa substantia lateat  
materialis illa origo, sed quoque per singulare, seminali moto-  
ri, impressum sigillum impetratur idem, nonnunquam etiam per  
utrumque obtinetur unus idemque effectus. In morbos com-  
positionis & solutæ unitatis, luxationes, fractiones, rupturas, &c.  
influent non minus seminales & originales characterismi. Le-  
vissimam manus aut pedis allisionem in viâ accuratissimè stratâ  
(ebener Erde) causari luxationes, detorsiones, fracturas &c. non  
uno exemplo sumus confirmati. Singulare nunc narrabo in-  
aulâ Celsiss. Comitis Oldenburgici, Anthonii observatum &  
bonâ fide ad me delatum. Qvod licet in Brutis contigerit, pa-  
tilem tamen habet rationis valorem. Comes iste cum aliquan-  
do venationi accinctus, exacerberet canes, consuetudine Princi-  
pibus usitatâ, accidit, canem velocissimi cursus (Windhund) se-  
tando avidius feram lapsu fregisse crus, unde, potissimum quod  
bonæ indolis esset, & jam tum concepisset, decenti tractationi &  
euræ commissa fuit. Post quinque enixa catulos, qvâ venationi  
asservati iridem, unâ cum matre, uno die, præsente Comite ad  
persequendas feras educti, in eodem cruce perpetui sunt fractu-  
ram; documento, implantatas fuisse has ideas Archeis singu-  
lorum, iisdemque per cursus violentiam noctis occasionem, enor-  
mantico hocce actu exeruisse Imaginis suæ potentiam. Et  
hinc non raro ab iis, qui luxationibes & fracturis laborârunt, au-  
ditur vox, nescire sè, quâ ratione tam velox & sine ulla aut ra-  
men levissimâ datâ occasione in membro, satis alias robusto, ac-  
cidere potuerit fractio. (Wie sic öfters auff ebener Erde fallen  
können den Fuß oder Bein brechen &c.) Unde sepius ad vene-  
ficia aliasq; magicas, in incusando, configuant cauas, verâ tamen  
efficiente in proprio hospitante Archeo. Quod autem in ob-

servatione modo adductâ, omnes unâ vice & tempore eundem perpeſſi sint casum, in idearum conſensu intimo & compaſſione ſive harmonia amicâ, earundemq; etiam in diſſita operatione ſuperius explicatâ, quærendum eſſe, judicamus.

**Cauſa Re-** IX. Et cum breviter idearum morbosarura perlustra-  
**motio** I- vimus naturam, nunc quoque earundem Efficientem, mor-  
**magnatio** borum idealium cauſam remotorem & mediatam, Imaginatio-  
nem nempe expendamus, necesse eſt. Non dissertationis bre-  
viſ hæc materia eſt, ſed integrī tractatus, unde nunc potiſſima-  
ſaltem delibabimur.

**Sedes Imma-** X. De ſede Imaginationis ſolliciti fuerunt omni tempo-  
ginationis, re Doctorum plurimi, in ſententiâ convenerunt paucissimi. Ve-  
teres & multi etiam Recentiorum collocaſunt in capite, tan-  
**Non cere-** quam ſede nobilissimâ, cunctas actiones principales, ſecundum  
brum. Diſtichon Poetæ Anglic. Owenii

*In capite eſt ratio, & rationis quinq; Ministrum  
Divini, in rel. quo corpore pene nihil.*

Imò in cerebri hemiſphæriis & camenis distinctis posuerunt-  
certas & diſtinctas virtutes, unde Averroes: *Virutes cerebri*  
*ſcil. Imaginativa & cogitativa & reminiſcibilis & conservativa,*  
*quamvis non habeant membra vel iſtrumenta, ipſa tamen ha-  
bent propria loca in cerebro. Imaginativa in prorâ cerebri,*  
*in puppi reminiſcentia & conservativa.* Alii cum Aristotele-  
**Nec Cor.** cor ſedem ſenſuum internorum omnium reputant, hincq; & i-  
maginationem illuc transferunt. Helmontius eumq; ſequentes  
ad alterutrum duumviralis liqvoris, ſplenis ſc. ſtabilem ſpiritum  
has functiones referrunt. Cæteri, qvos inter B. Dn. D. Schnei-  
derus \* cunctas has potentias principes non à diversis intra ce-  
rebrum organis peragi, neq; ſedibus diſtingui, ſed in toto corpo-  
**ſed Totum** re diſtulſas & expaſtas eſſe aſſerunt. Qam opinionem ample-  
**Corpus.** clitum nunc quoq; ita ut principale organum & ſedes maneat,  
tamen cerebrum.

\* de Facult. Anim. Princ. Ver. ſed. Lib. III. c. I. p. 208 ſeqq.

**Imagina-** §. XI. Et profecto tanta hujus imaginationis eſt po-  
tencia, ut fortissimarum rerum eam dixeris jure fortissimam, unde  
**tio** ſentia. initio

initio statim hujus dissertationis non absque ratione afferimus  
vindicare sibi imaginationem in mores & fortunam jus. Et  
quamvis aliquanto durius sonare haec videantur, in investiga-  
tione causarum deprehendemus tamen veritatem. Mensem  
sive Animam rationalem in omnibus subjectis & individuis u-  
nam eandemq; i. e. indifferentem & ad omnes functiones xquè  
capacem & habilem censemus; Corporis conformatiōnē &  
organorum dispositionem non nisi à posteriori aut mediata  
habilem vel inhabilem pronunciamus. In imaginatione au-  
tem latitat vitiositatis cunctæ origo, haec enim pro conceptis in  
primā conformatiōne ideis, Archeum facit nunc activum, nunc  
torpidum, nunc capacem, nunc incapacem, nunc amabilem,  
nunc odiosum, ex quā particularum primā & determinatā figu-  
tatione, organa corporis ab Archeo iterum fabricata, seqvun-  
tur suæ efficientis indolem, ut quis naturā doctus aut indoctus,  
fortis aut timidus, generosus aut pusillanimis dici queat. Et  
hinc patet ratio, Horatiani illius, Lib. IV. Od. IV.

Fortes creantur fortibus & bonis

Est in Juvencis, est in eqvis patrum

Virtus: nec imbellem feroceſ

Progenerant aquila columbam.

Cur itidem ex pulchriā & decenti corporis conformatiōne in-  
genium judicetur virtuosum & modestum, ex Aſopicā verò fi-  
guratione prava & corrupta pranuncietur indoles. Quoad  
primum enim generosorum imaginatio non meticulosas in Ar-  
cheo formabit ideas. Quoad secundum, causa non est igno-  
biliar aut deterior suo effectu. Licet & haec idæ vitiositatis  
per ritam educationem eradi, extirpari, aboliri, aliaq; virtuo-  
ſe & generoſe in locum earum reponi posse (utut difficulter)  
non emamus inficias.

§. XII. Vite exordium moderatur eadem, quod in for- Imagina-  
mationis actu ex peregrinis & insuetis characteribus, corpori tionis vis  
impressis, judicamus quoque manifestè. Imaginativa vis est, in Forma-  
Qua id quod merum est non Ens, cogitationem nempe, momen- tionis actu  
tanco actu in ens reale & qualificatum reducere potest. Qualia ſive vite  
enim exordio.

enim sepius *Sigmata*, phantasticum matris desiderium factui impressisse, vidimus. Solam de parentum aut cognatorum defunctorum, statu, recognitatem, infanti cadaverosam & Hippocraticam insculpsit faciei signaturam. Aethyopis improvitus occursus Africanâ formâ investivit foetum Europæum, eademq; contra, imaginatione contrariâ superadditâ, exuta est iterum. Mactati vituli aspectus terrificus, partum editum intestinis extra ventrem, locatis, deformavit, & malefici\* detruncati horribilis forma, à prægnante cum stupore considerata, infantem, capite deciso & scorsim excluso effecit.

\* Conf. Rattray, Hildanus, Dugbeus, D.D. Beck.  
Ambros, Pareus, Bartholinus.

*Modus o.  
perandi.*

*S. XIII.* Horum mirandorum eventuum si reddenda, esset ratio (quod hac vice in transcursu saltē facimus) nullam a'iam quād quād dudum ab *Avicenna*\* tradita est hīc possemus adducere. Ideam quippe rei avidius cupit, imaginationis potentiā, deponi in Phantasiā, & hinc concipi à spiritibus, in iisdemque formari ejusmodi iconem & characterismum, qui deinceps circulationis jure, & manus maternæ directione, certo alicui applicatur membro, ut illi nec alio fiat proprius. Quam opinionem omni rationi & experientiæ, conformem judicamus; quamprimum enim visu vel cogitatione, prægnans concepit alicujus rei formam & signaturam e. g. mori vel cerasi, imaginationis vi ( quā semper in ejusmodi personis, ob operantem & formantem Archeum, præpotens est ) Phantasia & hinc Archeo imprimitur altius, qui dein ex suāmet propriâ substantiâ, fabricat Imaginem, rei conceptæ figuræ, exacte respondentem, realēm, materialem, reverā in Archeo subsistentem. Hacque Imago tam diu movetur fluctuabunde in Archeo, donec aut per aliam supervenientem ideam, aut ipsius Archei Vitalis robore destruatur, aut Archeus aliquis specialis eundem recipiat & hospitium concedat, unde tum magis magisq; investitur, explicatur, extenditur & qualificatur, ut figuram mori vel cerasi repræsentet accurate, cum ejusmodi fructu simul efflorescat.

\* L. 5. de Animal.

& rur-

31.

& rursus colorem amittat. Qvod vero haec manus materna applicatio dirigat quasi exoticas hasce figuras, & sedem iis prescribat, non video cur negandum, cum catenus fluctuabundo motu agitur ejusmodi figura, donec manu, quae plurimarum actionum externalium est instrumentum & voluntatis executi- vum medium, tanquam arbitrio, certo destinetur loco & corporis parti. De matri hæc dicta dispositione, in fœtu ut applicentur harmonice, haud opus est, cum Archei matri & partus identitatem actionumque & passionum consensum nemo neget. Unde hoc Avicennæ decisum, non cum *dell Scipione Mercurio*\* videndum, quin potius firmiter amplectendum, judica- mus, maximè nullam rationem magis convenientem suppeditante codem.

\* *Tractat. d. Part. P. I.C.XX.*

g. XIV. Quemadmodum autem moderamen ejus instruendis vita nostræ primordiis non est exiguum, ita & in accelerando vita nostræ termino, non minor est ejus vis & potentia; Quam levissimæ enim sèpius sint causæ, quæ annis nostris imponant colophonem ex supra adductis, & inferius quoq; monendis patescer, observationibus. Vehementem enim animi affectum, terrorem, metum, rei horribilis aspectum, nuncium tristem (vah quam vilis origo!) multis calamitosam imo extialem fuisse, vel mille probari possit exemplis.

Imagina-  
tio mortis  
qvoq; ori-  
go.

g. XIV. Sed missis causis Proximis Immediatis & Mediatis, ad Remotiores. Occasionales progredimur, easdemq; ex Rebus Naturalibus Non-Naturalibus & Præter Naturalibus nunc deponemus. Ad Naturales referimus Temperamentum frigidum sc. & siccum, in quo sangvis fixus, crassus, terrestris, acidus, Spiritus minus activi, torpidi & fixi, uno verbo, Melancholia prædominatur, in hac Imaginatio resider fortis, Impressio vehementis, alteratioq; multo contingit facilis. Aetas quoq; senilis, ob Spirituum raritatem & defectum, calidi innati absumptionem, viriumque denegatum robur, exoticis & morbosis Ideis subjicitur citius, indeq; ob levissimas causas Senes Ap-

Cause Oc-  
casionales  
(i) Natu-  
rales Res,

E plasti.

plecticos Paralyticos, Padagricos mortisque vicinos videre, haud ratum est.

**Non-Naturales**  
**(1) Aer**

S. XVI. Ex non Naturalibus offert se (1) Aer, qui licet in se & sua natura plane innocuus, saepe tamen nonnullis exigit molestus imo fatalis. Sie multos in pleniori epilepticos, novilunio hystericas, Syrio regnante maniacos, vere vel autumno periodice febricitantes, ot servamus, non quod vitium lateat in aere, alias omnibus aut tamen quam plurimis contingere idem, sed quia ea certa & definita aetis temperies & constitutio, potens est evocandi ejusmodi ideas, qua jam tum in Archeo latitabant, & in actum secundum occasionaliter tantum dividuntur. Eadem quoque serenda sententia (2) De Cibo & potu, hunc pro facultate sua insita, modo itidem & quantitate ingestionis, ut nocuum & causam morbificam hic allegare, et si non esset absonum, nunc tamen de singularibus, & ubi neutra harum incusari potest, differemus. Ita deprehendimus non nullos a calore planè abhorrentes, alios panem fastidientes, butyrum itidem, Lac, vinum, cerevisiam, rosas &c. & per harum rerum apertum aut etiam occultatum usum incidere in Lipothymias, Epilepsias aut alios gravissimos morbos. Referentibus Dominic Panarolo, Brasavolo, Marcell. Donato, Scockio aliisque, nulla tamen in horum alimentorum qualitate residente labe aut vicio, nisi quae occasionaliter ideas ejusmodi morbos (utpl. hereditariae) excitant & adactum perducunt. Sic (3) Somnus & Vigiliae Mortuorum itidem & Quietis generationi mortuorum idearum praebent non raro occasionem, quatenus sc. irritatione diutinioris somni aut quietis, Archeus mediante Phantasiā, concipit ideam corporis morbos, eandem realiter format, investit & ad certum locum deponit, quale exemplum habemus in Paralytico, qui per somnium concipiebat pedem lapideum aut ferreum, & expersus factus, membrum id paralysi affectum depreliendit. Et alias, cui in somno lapide se petitum esse obveniebat, manevque in eodem loco tumorem rubrum sanguine subterfusum, offendit. Contra quoque occasione vigiliarum pertinacium mortuumque excessivorum, saepe Archeo, ideam inquietudinis, de-

**(3) Somnus**  
**& Vigiliae**  
**(4) Mortuus**  
**& quietis.**

lirii & vesaniz impressam esse, observationes testantur. (4) De... (4) Exere.  
 Excretis & Retentis par viget ratio, diutinior enim & corun- ta & Re-  
 dem retentio, multis affectibus singularibus fuit occasio. Si- tentia,  
 quidem per illorum stagnationem & suppressionem, produ-  
 ctæ putredines, fuligines, fermentations &c. effecerunt ut multi  
 se nunc ranas, nunc serpentes, nunc bufones aut alias res in in-  
 testinis habere, conitanter effati sint. Testibus Platero, Amat.  
*Lustano, Roderic. à Castro, Heurnio, L. Lemnio, J. Manlio &c.*

(5) Animi Pathemata in producendis Morbis Idealibus utram- (5) Animi  
 que absolvunt paginam. Metus, Tristitia, Amor, gaudium, In- Pathemata  
 vicia, pudor, cura, dolor quid non effecerunt? Quot enim præ 16.  
 metu & pudore in Animi deliqvia, curâ & tristitia in Melan-  
 choliam, amore inimodero in deliria, gaudio effuso in mor-  
 tem prolapsos audivimus, legimus, vidimus? Memorabilis est  
 observatio *Excellens*. Dr. D. *Præsidū*, qvâ hominem qvendam  
 constitutionis alias sane ac planè inculpabilis, persvacione,  
 fictis rationibus & qvô nihil speciositatis deesset, ad speculum  
 abductione, eō perductum esse novit, ut se ægrotum certò pu-  
 taret; unde h̄c curâ & sollicitudine distentus, Febris  
 Idem concepit Archeus pertinacem, fabricavit, & explicavit,  
 qvæ brevi temporis spacio eidem quoqve fuit exitialis & fatalis.

(3) *Surge* §. XVII. Nec Præter-Naturales h̄c omittendæ &  
 prætereundæ Res sunt; Morbi nempe & Symptomata, non eqvi-  
 dem ea insignia & gravia, qvatenu ex suppressione mensium  
 pertinaci Hystericas & Melancholicas factas refert Plater.\* à Lo-  
 chis retentis delirantes Thon.\*\* à quartanâ Hydropicos, Dy-  
 sentericos & Atrophiam morientes, observatio quotidiana, (tales  
 enim affectus insignes qvīn multūm valeant in aliorum Idealium  
 morborum excitatione nēmo dubitat) sed ea levissima & vix  
 testumanda; Quemadmodum levissimam exterioris digiti vul-  
 nerationem, Gangraham exitialem, superfunctoriā labii exco-  
 titutionem, exedens fatale ulcus induxit, supra memoravimus,  
 & digitum annularem, mortisündulā à marito, inconsiderarius  
 exterius saltē lāsum, post dolores acerbissimos, Symptomatum-

(3) *Præ-  
 ter-Natu-  
 rales.*

que farraginem, cum totius manus detruncatione inhibendam,, tandem fatalem accelerasse terminum , in recenti adhuc habemus memoriam . Eadem ratione Bunetus \*\*\* autor est, pertitacem & duodecennalem Cephalalgiam, morte persolvendam , ex minutissimis, diploidis interna frustulis abruptis & meninges tangentibus, ortam, esse .

\* Pratt. L. I. c. 3. Obf. I. \*\* L. II. Obf. II. \*\*\* d. Abd.  
Morb. Caus. ex tada. diss. revel. L. I. P. I. c. 12.

*Causa su-  
pra Na-  
turalis.*

§. XVIII. Ultimò tandem & Supra-Naturaliter Diabolum Mille artificem & Nature scrutatorem callidissimum , posse in Archeo humano Ideas morbosas variae indolis fabricare , & conservare. tum immediate, tum mediantibus organis & mancipiis suis maledictis non negamus . Unde & per fascinationes & magicas artes, Deo ita permittente, calamitates morbosashominibus non rarò accrescere, concedimus . Et licet & hi ideales morbi, post media theologica , preces & supplicationes iustas, manum & curam Medici non penitus respuant , id genus morbi tamen proprie hujus loci facere non possumus.

*Divisio  
M. J.*

§. XIX. Restant in Tractatione Theoretica , Divisio & Signa qvæ complementi ergo subjungemus brevissimè . Dispescimus itaq; hos morbos (1) Ratione Subjecti, in Morbos Ideæ Indignantis aut Suppressæ, Furentis aut Contristantis vel etiam indolis mixtae . (2) Causæ, in Naturales & Magicos (3) Effectus, in Graviores & Leviores, Pertinaces & Cito evanescentes . (4) Circumstantiæ temporis Recentes & Inveteratos, Connotatos & Adventios, Constantes & Periodicos &c.

*Signa Dia-  
gnostica.*

§. XX. Signa *Diagnostica* Communia sunt & Propria Hæc cum specialia nūnis sint & unumq; emque concernant affectum sigillatim, hujus tractationis facere non possumus; Illa vero ex corporis prius considerati , constitutione probâ, morbi irruptione momentaneâ , imaginatio- nis vi & facultate, causis itidem occasionaliter adjuvantibus, vi- su, auditu, tactu , indeq; excitatis Pathematis animi, metu, tristitia, irâ, invidiâ dolore &c. colliguntur. *Prognostica* ex Ideæ morbosæ gravitate aut levitate, sedis nobilitate aut ignobilitate, temporis brevitate aut diuturnitate, naturæ vigore aut debili-

*Progno-  
stica.*

bilitate, Symptomatum itidem concurrentium multitudine,  
aut paucitate, judicantur optimè.

## SECTIO II.

## PRACTICA EXHIBENS.

## §. I.

**E**xiguum vitæ nostræ est exordium, quantillum enim seminis *Vita no-*  
*nostræ respirationi est dicatū, cuius tamē vix 2800. pars juxta *fira Prin-**  
*Helmontium & D. de Beck, vera seminis est portio. Non ma-**cipium*  
*jus quoqve mortis principium, cum s̄p̄ius non ens, concept⁹ *exiguum**  
*nempe cogitationum, fatalium idearum offendatur origo; unde summo jure dicimus idem (ratione exiguitatis puta) & vitæ*  
*& mortis esse initium.*

**§. II.** Misera hacce nostra vita tam diu affligitur variis *Archeus*  
morborum generibus, luctaturq; cum iis, tanquam, ultimi ex-*desiderat*  
ecutoris, prodromis; usq; dum Spiritus nostri, ex naturali sua in *suum*  
quietudine ac avolandi conatu perenni, amore itidem reunionis *Princi-*  
cum suo principio, corpora nostra successivo et atrum cursu ita at-*cium.*  
terant atq; immutent, ut ejus machina tandem penitus conficia-  
tur atq; exanimetur. *Preuss. Dissert. d. Parv. Magn. Morb.*  
*mit. sub Excell. Ermüller. habit.*

**§. III.** Chinenses Sapientissimos se reputantes, omni stu-*Chinen-*  
dio à multis jam seculis huic malo qvæsiverunt remedium, in-*sciamen-*  
deq; indefesso labore, in immortalitatis, scrutati sunt medici-*tum Im-*  
nam; quam, tantum abest, ut impetraverint, qvin potius artifi-*mortali-*  
cēm cum arte & artificio, roties fatali statuto pereuntem, vide-*tate.*  
rint. Referente Neuboff. *Descript. Chin.*

**§. 4.** Qvarit nostra Medicina quoq; medelam, non qvi-*Scopus*  
dem mortis atrocitatæ eqvalem, eandemqve à limitibus nostris  
Penitus abarcentem; sed satellitibus ejus, variis morborum ge-*Artius Me-*  
neribus, obviam euntem, vitamq; si non æternantem (quod e-*dise.*  
nim pharmacum, fatali edicto, morte morieris, opponendum,?)  
attamen non parum prolongantem, indeq; Medicum Medicis  
consiliis obseqventem, non nisi senem mori contingit.

Ej

§. V.

§. V. Nos proinde speculativam M. J. postquam absolvimus tractionem, de modo eosdem tollendi & auferendi, itemque de medio Archeum ab iisdem præservandi, jure sumus solliciti; Qvod ut à nobis obtineatur observanda seqq. putamus.

*Idea morbo qvid.* §. VI. Cum autem Idea morbo nihil alium sit, quam cogitatio entificata, aut conceptus materialis ex Archei materiali substantiâ formatus, in eademque servatus, cuius præsentia latetur non solum Archei functio, sed decipitur quoque mentis, operatio; cum objectum illud ideale intellectui oblatum, falsum, eliciat sepe judicium, ratiocinante mente, ad conceptum rei oblate; Proinde ideis contrariis mentalibus quoque, morbos iste imagines eraduntur non raro, Archeusque in pristinum restituitur statu feliciter. Sic strategematisbus solisq; persuationibus decentibus, curatos morbos gravissimos scimq; licet & hic ad Archei constitutionem attendendu sedulo sit, contritterur ne is an furiat pertinaciter, aut per vicissitudines inclinet ad utrumq;; Illud eum ex desiderio quodam insigne aut appetitu intemperativo, aut quoq; afflictione eximiâ produci utpl. soleat, nunquam abigitur felicis quâ per concessionem, si possibile est desiderati, aut saltēm deceptionem, vel per afflictionis sublevationem & appetitus sedationem. Sic juvenis quidam denegato puellæ amplexu, quam deperibat, factus Catalepticus, irritâ coeterâ medicinâ, sola potiundi spe lactatus evaluit sospes. Eadem ratione, Nobilis quidam Lusitanus, ex melancholico affectu, de peccatorum remissione desperans, Angeli subordinati, peccata solenniter remittentis, sanatus est apparitione. *Zacut. Lusitan.* Alius cornuasse gestare putans, capiti, cervinis cornibus alligatis, serraqve reselectis, & ostensis liberatus fuit *Sennert.*\* Mulier quidam ex longâ viri peregrinatione Melancholica facta improviso viti adventu, curata est feliciter *Forst.*\*\* Et alius Nobilis urinam pertinaciter retinens, ne prout, melancholico affectu, sibi persvadebat, si mingeret tota urbs periret diluvio, stratagemate quodam lepidu, quasi tota incendio flagraret urbs, campanis pulsantibus, ad liberandam civitatem per urinæ emissionem, sollicitatus precib⁹; quo facto Idea ista ablata isq; sanitati pristinæ restitutus.

\**Instit. Med. L. II. S. I. c. 7. \*\* L. X. Ob. 12.*

Refer.

*Corrigitur  
Stratage-  
matibus.*

83(37.) 86  
Refer. Man. Donat. bift. med. l. II. c. i. Senn. Inst. Med. c. ii. p. 3. S. I.  
c. 7. & c. 8.

§. VII. Contrafurens Archeus vix compescitur moderatis consiliis, quin potius comminationibus, verbis atrocibus, imo & fustigationibus. Cum enim in ejusmodi subjectis Archeus indignans & futibundus, actiones ordinatas & convenientes spernat, cuncta ad modum imprese idea cum furore & indignatione agat, omnes speciales Archeos in adminiculum & adjumentum assumat [unde in Maniacis & delirantibus virium potentia & valor] iisdemque confisus, moderata cuncta spernat; contraria ratione obviam eundem illi, & vi quadam oppositâ redigendus in ordinem. Hinc Clarus Magdeburgensis quidam Practicus, solis comminationibus, fustigationibus etiam, non tamen plane spretis mediis pharmaceuticis, Maniacos curavit quamplurimos; ideamq; furentem erasit feliciter.

§. VIII. Mixtam verò Archei aberrationem, qvâ nunc nimirum contristatur, nunc effusè indignatur, mixtâ & per vicissitudines mutatâ stratagematum applicatione tollendam esse, ratio sana svadet. Utriq; autem confabulationibus, discursibus convenientibus, ratione prægnante, secundum statum Archei rite applicata, itur ob viam Musica quoq; tam instrumentalis, quam vocalis, sepius fuit salutaris & maximè proficia Medicina.

§. 9. Non autem sufficiunt hæcce, nec propriæ sunt Medicis actiones, cum & à quibusvis aliis adhiberi ista queant, proinde & alia querenda adminicula, qvâ ideam indies crescentem, & magis mixtam penitus tollant & dotali s. specifica facultate ejicient. Et hic optandus es<sup>t</sup> Lapis ille satis decantatus Butleri, Archei, qvacunq; ratione alterati, sedativum optimum, cuius non solum corporis firmitas, sed etiam virtutis extensio plane est fermentalis, ut minima etiam sui odoris participatio, suas in Archeum extendere possit vires, eundemque sopire, demulcere, ac Jdeas morbosas ex tempore eradicare. Quod exemplis quamplurimis confirmat. Helmont. \*

\* Tractat. Butler. Oper. p. 358 seqq.

Furens  
Jdea quo  
modo se  
detur.

Mixta  
Archei  
alteratio.

Remedia  
Medica.

Nec



nec non suāmet ipsā experientiā *Marcus Marci.* Cujus com-  
positio etsi à diversis monstrata , & nunc ex Terra virginēa,  
nunc ex Θι. Φισ , nunc Θ marino petita , hucus-  
qve tamen manst̄ testa & abscondita. Vid. *Frider. Hoffm.*  
*ClaviPharm.Scbr.L.II.c.LXV.p.89.*

\* *Philosoph. Veter. restitut. P. f. S. 9.*

Dantur  
Medica-  
menta Ca-  
tholica.

§ X. Aut in defectu ejus utinam per catholicum aliud  
quoddam remedium, Archei qvocunq; modo alterati, universa-  
le aut generale sedativum, succurretur miseriæ vita humanæ. Ex-  
cellent. Chymicus & Practicus *Dni. Ludovici* non dubitat.  
eqvidem dari posse. Arcanum aliquod insigne, totius corroborati-  
vum s. mundicarum, complurium morborum solamen. Per-  
huncsq; autem tradita & laudata *Secreta*, Liqvores Alcahesti-  
nos, matura & immatura Electra, Panaceas, Azoth, Phalagia,  
Arbores Vita, Mercurios & Lapidés Philosophorum, Quinte-  
ffentias Θis & Φis, aurum potabile &c. præter pomposa verba  
& commentationes præstítum nihil est. Vid. cit. Aut. Pharm.  
ad mod. stat. appl. Dissert. I.p.112. seqq.

Universa-  
lia Reme-  
dia relin-  
quuntur.

§ XI. Nos catholica relinquentes remedia , eousq; ve  
communem in M. J. qvocq; seqvemur medendi methodum,  
donec tandem Eliæ cajusdam Artistæ adventu verum detegatur  
Catholicum medicamentum, cujuscunq; Ideæ morbosæ specifi-  
cum eradicans. Proindeq; vulgatâ procedendi ratione,  
curam ex triplicifonte, Diætico, Chirurgico & Pharmaceutico,  
secundum ternarium Indiciorum numerum , Curatoriam ,  
Preservatoriam, & Vitalem nunc deponemus.

Fons Dia-  
teticus,

§ XII. Diæteticus Fons sex rerum Nonnaturalium ad-  
ministrationem justam commendat sedulo, cum in his commis-  
sus excelsus, miras Archeo inferat mutationes , variasq; ve struat  
morbosas Ideas ; Sit itaq; in archeo indignante, sive juxta alios,  
Spiritibus accensis, aer moderate humidus , magis tamen ad  
frig. inclinans. Cum n. ibidē particula Elementi primi abundant,  
qva volatiles activæ & ferè incomprehensibiles sunt, per medium  
aliqvod, Elementi secundi nempe atomos, rediguntur eadē ad  
statum nat. combinantur, ligantur & ab avolandi impetu & co-  
natū

natu arcens ac reducuntur. Hinc Sirio regnante maniacos propter Spirituum ferociam gravissime afflictos i. e. Archeum, pessimè agitatum videmus, ratio manifesta est, qvod particulae volatiles, lucidæ & activæ, maxime Æter prædominantur tum temporis in aere, unde per respirationem auctis spiritibus corporis, jam tum vel latilibus, novis subsidiis ab extra venientibus, quid mirum tam furbundum exerceri in illis motum; Unde, ejusmodi temperamenta rectius servantur in locis frigidis & obscuris s. tenebricosis, quales sunt cellæ locaque infra terram exstruxta & fabricata aut artificio refrigeratur conclave aura, aero medicis processu. Contra contristantis Archæi status, in quo elementi tertii particulae prædominium obtinent, cuiusque conditio vere & autumno, ob dominantium particularum terrestrium & crassarū multitudo, sit afflictior, propter Spirituum fixationem, torporem & quietem, aërem poscit calidum & frigidum, qui si non naturaliter ita est constitutus, arte ut promoveatur, curandum sedulo.

§. XIII. (2) Cibus & potus, Archæi sustentaculum & materia, ad modum præscripti aeris adhibendus cum judicio, probus & concoctu facilis, decenti dosi adsumptus, decentem spiritum & temperamenti facit conditionem; Licet Archæo Contristanti parciō & calefaciens, in specie carnium sylvestrium, vini-que usus, Indignantem vero liberarior & frigefaciens, carniū domesticarum usus & aqua aut aliis tenuis liqvoris potus, non sine ratione concedatur.

§. XIV. (3) Somaus omnibus modis si abest curandus : Is enim Spiritus temperat, Archeum sopit, ideas non raro tollit; Et Vigilia, in excessu vero peccans, ob Spirituum metuendum stuporem, arcendus convenientibus (4) In motu & quiete teneatur ratio- nabilis dispositio, hæc furenti, ille contristanti magis existit pro- ficius. Nec minor (5) Excretorum & Retentorum ha- benda est ratio, cum his præternaturaliter se habentibus, nulla actionum vitalium, illæsa servari queat. (6) ultimo tandem, Pathematum animi Ethica accuratisima requiritur moderatio, cum quid ira, tristitia, desiderium, amor, metus terror, cuncta-

2] Cibus  
& Potus.

3] Somnia  
& Vigilia.

4] Motus  
& Quietus.

5] Excreta  
& Retensa.

F intem.



intempestiva & immoderata, efficiant supra in causarum enumeratione, lustraverimus: unde moderarien istud quocunque tandem modo, rationibus, persuationibus, stratagematibus, comminationibus &c. proetrandum sedulo, solitudines vero quantum fieri potest fugiendæ.

*Fons Chirurgicus.*

§. XV. Chirurgia varia tradit adjumenta, generosissimum audit V. S. quam in Archeo ad furorem inclinante, maxime initio morbi, omnibus modis, in contristante vero non nisi certis consideratis & deprehensis, suademus circumstantiis. Reliqua operationes chirurgicæ, per cauteria, vesicatoria, sericea, fonticulos, cucurbitulas, scarificationes, Infusiones, transfusiones, sectiones & membrorum decurtationes, præstandæ, hic certo determinari aut prohiberi nequeunt, cum ex speciæ morbi statu, symptomatum conditione & prudentiâ Medici judicari illa debeant.

*Fons Pharmaceuticus.*

§. XVI. Nunc tandem tertium curationis medium tempe Pharmaceuticum appreheridimus jure, indeq; cuncta, morbis hisce apposita remedia desumimus. Non autem inconveniens est, tolli Idealem morbum per remedia materialia & realia. Cum (1) Idea morbosa, quando jam deposita in certa corporis parte aut in totâ substantiâ suam morbositatem, in effectu suo, morbo tempe ipso, lateat & occultetur, sublatto proin eo decenter & sufficienter, tollitur quoque vera idea ista morbosa. Sufficienter autem dico, alias enim, superfunctioniæ saltem morbo sopito, remianet idea & post bene longum nonnunquam tempus per effectum eundem aut gravorem se iterum prodit, & recidivarum sibi accidentium, sit causa. (2) Idea quoque ipsa in solo Archeo sive spiritu adhuc neutraliter hospitans, medicamentis convenientibus expurgari quoque posse, nobiscum fatebitur, qui idearum harum realem existentiam, materialitatem & participationem, de Archæi substantiâ, superius fusius explicatam, consideraverit accuratius.

*Digestiva.*

§. XVII. Sed ad medicamentorum properamus denominationem & administrationem; primum obtineant locum

*Digesti-*

*Digestiva & preparantia*, secundum morbi progressum & conditionem, nunc brevius nunc diutius continuanda, Archeūq; ad recipienda medicamenta decentia, disponentia & accommodantia. Quæ Spiritu ad furorē melinante, per Sp. Oli, Tin&. O<sup>7</sup>is, ∇ ceras, acid. Mistur. simpl. &c. Ad Torporem v. vergente, Θibus Alcalisatis Petrosel. Abs. Card. ben. Extractis iisdem, ut & Genian. In utroque casu per medicamenta ex Φo præparata Cremorem sc. Crystallos Φi, Φum Φlatum & Φtarisatum obtineri possunt. (2) *Purgantia*; cum fermentationem in Oceano *Purgantia*. Sanguinis instituant, motuq; hocce, particulas idearum morbosarum inordinate jacent, remotione etiam faburra nocuæ Spiritum Naturalem pristinovigori restituant, hospitiumq; idearum morbosarum afferant, non parum prodesse possunt. Indignante tamen Archeo, (nisi jam tunc affectus sit chronicus) adhibenda cum judicio. Qvis enim ignorat in morbis calidis omnes Medicos caute admodum agere? In Contristante, vix error periculosus committi poterit. Leniora in isto statu ex *Caffia*, *Tamarandis*, *Mechocannâ*, *Aloe* & *Rhabarbar.* &c. Fortiora in hocce ex *Sennâ Scammonio*, chialap. *Colocyn tide*, *Elleboro*, &c. poscuntur. (3) *Vomitoria* quoque, viatio in primis viis hærente, vel etiam Ideâ morbosa in ventriculo ipso aut his affinibus partibus, latitante, nunquam non adhibentur cum fructu. Inservient huic intentioni *Raphanus rusticus*, semen *Atriplicis*, *Flores Anethi*, *Genista*, *Persicorum*, *Ebuli*, *Elephantuar.*, *Diass.* *Fernel.* *Gill.* *Paracels.* vel etiam in minori dosi & tutissime Φ *Emeticus Mynsicht.* cum cautione Φ vitæ In infuso autem *Croc. Metall.* & vitr. Φii (4) *Præter intentio-* Enemata. *Emeticas.* nes alias diversas, refrigerandi, revellendi, emolliendi, aperiendi, &c. Clysteres Purgantium & Emeticorum vices implere possunt & pro Archei diversa alteratione, ex Rad. *Altib. Malv.* *Lil. alb. Herb. s.* emoll. *Branc. ursin.* *Atriplic. Fl.* *Cham.* *Melila* *Ol. Rosar.* *Rut.* *Aneth. sem.* *Carv. Cum.* *Fænic.* *Anis.* *Latte*, *urinâ*, ∇ vel jure *Carn.* *Ov.* *witell.* *sacchar.* z. Θ *Comm.* & *Gemma* &c. adornari & applicari possunt. Potissimum autem (5) spem collocamus in *Diaphoreticis* aut sudores moventibus, cum Diaphoreticæ. hæc.

hæc, ut verbis utar D. Wirdign\* unicum ferè sint spiritus seu  
 Archei mundificativum, renovativum, purgativum, calefacti-  
 vum, exsiccans, multiplicativum, incenditum. Sit enim hic et  
 per Ideam quandam morbosam Archeus depletus, subactus  
 impotens & contra naturam suam frigidus quasi, vi diaphoreticorum  
 elevabitur decenter, cum virtute horum, circulatio  
 instituitur Spirituum frequentior, qui silentes quasi rediguntur  
 in motum, perque hunc, potentiam recipiunt subigendi  
 contrarias causas morbiferas, immo eadem, potissimum si in  
 particulis Elementi secundi fluidis sc. consistunt, expelluntur  
 feliciter, cum aperiuntur spiracula corporis, Archeoq; robur  
 additur ejiciendi per hæc, quicquid occasionaliter morbosar-  
 rum Idearum causa esse queat. Immo ipsæ ideae morbosæ dis-  
 rumpuntur, disperguntur, conformatio vitiosa destruitur,  
 & naturalis partium constitutio reducitur iterum. Contra  
 indignante Spiritu, furente Archeo & ruptis frenis immodera-  
 te & inconcinne moto eodem, non minus tamen diaphoreticorum  
 facultate sedabitur sufficienter; quatenus sci. Idea  
 morbosæ ad cuius instinctum ita furit Archeus non tantum  
 dispergitur ac pedetentim deletur (ut dictum modo est) sed  
 etiam mutatio ista particularum Elementi tertii, in Primi, ex  
 qua furibundus motus & ignea quasi constitutio sequitur per  
 nobilissimum atomorum quantitatis eximia, vi diaphoreticorum,  
 expulsionem inhibetur, proportio justa utrarumque  
 reducitur, ac naturalis status ita recipitur. Illud imperatur  
 per volatilia & maximè activa, qualia sunt  $\ominus$  volat. Succin.  
 Viper. C.C. \*, Urine Sp. C.C. &c. Hoc contra per talia, in quibus,  
 particulae terrestres sive elementi tertii prædominantur, effici-  
 tur felicius suntq; C.C. nst. ejusd. Magist. Oc.  $\textcircled{M}$ . terræ varia  
 Lemnia, Sigill. Careb. Bol. Arm. hisq; consimilia, viscosa quoque  
 in hoc statu convenient eximie, ut Galred. C.C. Eleet. Ebul.  
 Sambuc. &c. Nec minus Opium Compositiones q; opiatæ dextrè  
 usurpatæ aut ejusdem virtutis alia miram hic præstant ope-  
**Alterantia.** tam & efficaciam. (6) His denique adjunguntur Alterantia  
 cum

\* Medic. Spart. L. II, C. XVII.

cum ratione & iudicio administrata e. g. In diligentia Archeo ex  
*Bormag.* *Bugloss.* *Acetos.* *Acetosell.* *Ros.* *viol.* *Nympb.* *Cichor.* *Semi.*  
*IV.* *fr.* *maj.* *Mal.* *aur.* *Citr.* *Limon.* *Granat.* *Ceras.* *acid.* *ac Lignis*  
*Santaliniis* + o & ab eodem compositis ① purif. in v s. per  
pot. sumto, Vel. loco hujus ② istud anodyn. ③ nempe ④atum  
&c. &c. Suppresso autem eodem ex *Beton.* *Salv.* *Rut.* *Meliss.*  
*Carlin.* *Angelic.* *Scord.* *Lil.* *Conv.* *Serpill.* aromatibus, *Cinam.*  
*Cubeb.* *Cardam.* & *Nucif.* *Gran.* *Cherm.* *Succin.* *Camph.* *Cinnab.*  
*nativ.* & ⑤ii ac variis diversisq; ex hisce & consumilibus ador-  
natis compositionibus, Vinum quoque bonum & modice as-  
sumptum, in hocce statu sapius medicamenti vicem supplere  
poterit. Formulas verò & præscriptiones speciales hic addere,  
nec nostra intentio, nec dissertationis hujus ratio permettit,  
cum à quocunque Artis pharmaceuticæ gnaro ex modo enu-  
meratis & ejusdem facultatis aliis simplicibus in formam  
varum, Spirituum, Oleorum, Tincturarum, Essentiuarum, Elixirio-  
rum, Extratorum, Potionum, Decolorum, Conservarum, Electu-  
ariorum, Juleporum, Siruporum, Pulverum, Trachearum, Mor-  
sularum, Rotularum, Bolorum, Confectionum, Specierum redigi,  
aut sub quacunque tandem aliâ denominatione porrigi & pro-  
pinari possint. Unicum saltem in curatione M. J. monen-  
dum adhuc duco necessarium, scil. ut ad caulas occasiona-  
les accurate attendatur, pro quarum diversitate omnino vari-  
anda medicaminis applicatio, sic e. g. Febris ex mœrore orta,  
longè aliâ curandi tollitur methodo, quæ ex furibundâ  
Spirituum agitatione irâ scil. & fervore, sumit originem,  
unde ibidem excitandus & viribus restaurandus est Archeus,  
hic, contra compescendus & in motu enorizontico cohobe-  
mus, convenientibus.

§. XVIII. Præservatoria tandem in Archei consistit, *Præservatio*  
hypostaseos decentis & proportionata conservatione, ne pec-  
cent multitudine particulae Lucis, ne excedant quantitatè atomi  
terrestres, cum quinam utriusque sit effectus dictum antea...  
Imprimis coercenda sunt Pathemata animi, quæ ut cause  
Occasionales omni tempore in producendis idælibus morbis

fuerunt validissima, Liberum itaque se servabit a morbis ejusmodi qui se geret & praestabit virum & Ethicum, ac non ad quodvis minutissimum obstaculum statim autem dissluet moxore, aut excandescet ira. Unde Constantia & Fortitudo hinc quoque sunt optima præservationis media & adminicula, quæ quantæ sint roboris ac virtutis, in mulieribus prægnantibus videri utiq; poterit, cum Fortes & constantes vix unquam characterimos partui impressisse, Molles & mediculosos, data etiam levissimâ occasione, Sigillo exotico foetum notasse legantur.

S. XIX. Et hoc de Morbis ab Imaginatione s. Idealibus in compendio vel Ideâ dicta sufficiant; si non ubiq; æq; recte, morborum ejusmodi abscondita Indoles, Clarissimorumque Virorum servanda autoritas pro me dicent causam, Imperfectionem quoque excusabit Dissertationis inscriptio; Mibi vero hæc vice sat erit Nobilissim, huic Facult. Medicæ morem gestisse, publicèqvæ in hanc dissertationem inquisitoris materiam pro & contra ventilandi suppeditasse. Qvod reliquum est, erratorum veniam a L. S. me impetraturum fore, spero.

Unde nihil, prater gratias summas  
ac decentes

### NUMINI TER OPTIMO MAXIMO ADDO.

**F I N I S.**





PRÆCÉLLENTI ET CLARISSIMO,

# DN. M. JOHANNI GERDES,

Medicinæ Licentiando Dignissimo, Fautori &  
Amico honoratissimo.

Otus *Homo* nil, nisi morbus est. Ab ima calce pedis ad summum verticem Capitis merum morborum regnum. Multa qvidem & intus, & extus, naturæ beneficio membra posidet *Homo*, sed eorum nullum in tota structura corporis invenitur, qvod morbis variis non divexetur. Magnus, juxta Medicos, membrorum, major arteriarum, maximus venarum numerus, sed neutrum horum omnium ab impetu morborum tutum. Eset adhuc felicitatis aliquod indicium, si qvodvis eorum hostem saltem unum, morbum, saltem unum metuere necessum haberet, sed integræ morborum phalanges adversus unum qvodlibet illorum modo frandulenter, modo violenter insurgunt. Magna certè Medicorum sagacissimorum in morbis investigandis per tot mundi secula fuit industria, major in observandis iis, eaq; studiosissima vigilantia, maxima tandem in colligendis, rituierandis, ordinandis, morbis prudentia, ut vel tandem accurata tot seculorum Experiencia certitudinis aliquid posteritati promittere haberet: Sed in hoc laudatissimus ipsorum labor (prohdolor!) frustra fuit. Innumerum, ut ita loquar, numerum morborum in exigua mole corporis observare, contenderunt, omnem verò numerum indagare nondum valuerunt. Hæc vitæ nostræ fata, hæc fortunæ nostræ

nostræ donæ. Neq; corpus sibi tantummodo soli re-  
tinent suos langores, sed morbis variis etiam Animam  
ipsam affigit. Testes, præter alios, locupletes sunt  
*Ideales Morbi.* Quid phantasia non tentat? Quid im-  
petu, vel effectu velocissimo non præstat? Nihil his mor-  
bis fortius, nihil celerius, nihil efficacius esse potest. Hos  
cettè morbos considerare non est cujusvis, sed *Ingenii* sa-  
gacioris, studii curatioris, *Judicij* limatioris. Dignum  
igitur, PRÆCELLENS & CLARISSIME DOMINE  
CANDIDATE, tuis laudibus opus suscipis, dum hac oc-  
casione solenni de MORBIS IDEALIBUS disseris, & de  
his more tuo, hoc est, accuratè verba facis. Perge quæ-  
so minus obvia sic penetrare, objecta rariora divulgare,  
*Mysteria Medicinae latentioris* manifestare, ac eadem  
in hominum sanitatem ac salutem destinare, neq; Tibi  
laus, neq; fama deerit. *Summus MEDICORUM HO-*  
*NOR* tuas continuas *vigilias*, tuas laudadiles *curas*, tuas  
fructuosas *operas*, publicè coronare, totiq; Mundo com-  
mendare desidet. Fiat id FELICITER precor! Adsit  
Tibi Cœlestis *Medici Gratia*, ut accuratis scrutiniis ab-  
dita morborum ac remediorum invenias. Nature *Mys-*  
*teria* patefacias, Bonum publicum in *conservanda*, re-  
stauranda, sanitate multorum promoveas, & inde Ti-  
bi Nomen, Famam, REGUM ac PRINCIPUM Gratiam,  
omnium aliorum Benevolentiam, immortalem Glori-  
am, rerum omnium abundantiam, ac animi felicem.  
aut dñe, post cineres usq;, conciliare queas! Hæc vo-  
torum meorum Summa! Hæc audiat & exaudiat Medicorum  
MEDICUS, & votis feliciorum successum pondus  
addat, quod ardentissimis suspiriis urget.

Witreb. è Museo  
d. 14. Jun. A. 1681,

TUÆ PRÆCELLENT. ET NOB-  
LISS. CLARIT. additiss.  
JOHANNES Deutschmann/D.

## CL. GERDES,

**N**on defuerunt unquam cordati Viri, qui ausi sunt dissentientes Medicos conciliare & Sectas unire. Dogmatici statim id tentarunt jam olim, dum inter Empiricos & Methodicos mediâ viâ incedunt, & simul Experiendiâ & Ratio- ne utuntur. Cum Græcorum doctrinâ Arabum sententias conferre multi in se suscepserunt, propter eâ etiam Conciliatores dicti. Galenicorum & Chemicorum consensum & dissensum scriptô eruditissimô reliquit Magnus Sennertus. Et quod hodiè Syncretismô delectentur omnes, Luce meridianâ clarius est. Dum idem conaris inter Galenicos Helmontianos & Carthesianos : dum Archeum cum calido nativo, spiritibus, & Formis particularibus confers, magnum quidem opus moliris ; sed, dum Recentiorum partes magistueris, Arbitri officium deseruisse videris. Judicii gravitatem & Ingenii acumen in Te deprehendo, sine quo Ideæ & Morbi Ideales non concipiuntur. Si hoc magis magisque acueris, cognosces Veteres graviter dixisse, & fundamenta posuisse, neminem autem sine illis Medicinam fecisse, feliciter. Quod dum moneo, vovo simul animi- tûs, ut omnia ad nutum & voluntatem cedant quâm felicissimè!

## T. Præcellentis CLARIT.

Dabam à Museo

d. 14. Jun. cl. 100 LXXXI.

*addictissimus*

D. JEREMIAS LOSSIUS,  
PRÆSES.

G

PRÆS.

PRÆCELENTI ET CLARISSIMO  
DN.M.JOHANNI GERDESIO,  
Holmiensi Sveco,

Commensali ac Amico ex præcipuis,

Cum pro LICENTIA solenni ritu disputaret;

S. P. D.

GEORG. CASP. KIRCHMAJERUS.

**R**ecogitanti mihi, quid præstiteris in publico, de PESTE habitâ prolixâ pariter & doctâ Dissertatione, Anno proximè superiori, cum imponebat docendo Colophonem Medicorum. Celeberrimus SCHNEIDERUS olim noster, incidit, quām pulchre steteris in Cathedra; quantoque hinc discesseris aplausu. Ominabar jam tūm fore, ut mox aurib[us] accipiam crescentis famæ tuæ apicem. Et verò oculis usurpo, non præsagientis animi somniodd, sed his corporeis præterea, felicitatis gloriæque tuae incrementa. Testabatur, cùm mortalibus adhuc interesset, laudatissimus Patronus tuus, quām dignissimè sacerdos tuarum partium; testabitur & LOSSIUS, Nobilissimus Vir-Præses, quantum studii, quantumque laudis in Anatomia Humanorum corporum non unā nuper reportaris. Testabuntur boni omnes Academici Concives (malos enim generosè spernes,) quid merueris per præclarissimos sudores hosce. Egomet domesticus silebo testis; unicum hoc mihi pactus cum quibuslibet, ut gaudeant, & gavisurus sim in posterum, si ad Numinis coelestis gloriam, salutem hominum decusque Medi-

Medicinae cedant felicissime conatus tui publici  
& solennes! Hoc enim compreco ex animo!

E muteo, pridiè Idū Junij.

Anno clo: loc LXXXI.

Dominus corpus curare paras Clarissime Gerdes,  
Principum merito, primum conamine fausto  
Motorem Archeum studiō curare parasti.  
Hoc etenim ægrotō certō pars nulla valebit;  
Omnia sponte cadent; Eius moderamine cuncta  
Cum contrā vigeant, nec quis superaverit ullus  
Externus morbus stante hoc Motore quieto.  
Digna Tuō ingenio, Fautor Clarissime, Cura est:  
Novi etenim claros quos hactenus ausus es ausus,  
Ingeniis Tui novi tæc dona decora:  
Non satis est, Artis nostræ sat trita novisse,  
Sed quoque Naturæ pehitus subiisse recessus  
Te juvat; Enī igitur Tuæ mox quoque Tempora  
cingent  
Purpura, mox cresceret meritum bene culmen hon  
oris,  
Arque Tuæ laudes meritis cumulentur ubique.

Hinc  
Nobilissimi Domini Licent. honoribus  
pro meritis applaudebat

CHRISTIANUS Vater/Lic.



Cum intra triduum fere deproperanda fuit  
hæcce Dissertatio, irrepsqrunt oppido multa eaque,  
non levia nonnunquam Sphalmata, quæ cum non  
ubique censorem inveniant æque benignum, potissi-  
ma in fine notare placuit.

Pag. 2. lin. 19. deleatur Is. l. 28. leg. satisfaciant p. 3. l. 23. leg. suos l.  
24. leg. ~~videt~~ l. 26. leg. quod p. 4. l. 16. adscribantur l. 17. Philo-  
sophus. l. 23. alii. p. 6. l. 25. insiguerit. l. 13. leg. idem. l. 16. rejicere.  
l. 27. §. VI. l. 29. doctrinam l. 30. exactè l. 12. directores p. 9. l. 5.  
pro accessiones leg. Species l. 25. Synonymo p. 10. l. 14. leg. Ar-  
cheum Retinentem, Nutrientem, Generantem &c. l. 32. cum  
ibid. post rationale ponatur, p. 12. in marginal. l. 12. operetur  
p. 13. l. 32. consideraverint l. 33. activarum p. 14. l. 6. videar p. 15.  
in marg. l. 12. del. ex p. 16. l. 14. Atomi ibid. constituunt l. 16. a-  
ctivitas p. 18. l. 27. gravitate p. 19. l. 18. alvum l. 23. obstupecet  
p. 20. l. 12. post Archei del., & ponatur post natura, p. 23. l. 8.  
manifestam p. 24. in marg. l. 11. leg. quidem l. 12. adventitiae l. 34.  
post introducta dele, p. 28. l. 17. pene l. 27. cæteri p. 30. l. 19. alii  
p. 31. l. 11. ridendum. l. 22. calamitosam. l. 23. exitiale p. 32. l. 5.  
existit l. 6. Sirio. l. 11. latitârunt ibid. deducuntur. l. 26. irri-  
tatione ibid. diuturnior. p. 36. in margin. l. 2. morbosa l. 5. aliud  
l. 8. post mentis del., l. 16. furat. p. 37. l. 14. pharmaceuticalis l. 21.  
post obviam ponatur. l. 31. post ne ponatur, & post prout del.,  
p. 39. l. 14. afflictior l. 15. pro frigidum leg. humidum p. 41. l. 4.  
inclinante l. 13. auferant. p. 42. l. 23. mobilissimarum p. 44. l. 8.  
moticulose l. 14. dicet. Cætera L.B. ipse corriget.



05 A 2493

ULB Halle  
004 545 206

3




V017



## Farbkarte #13

B.I.G.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19



FELICITER ANNUENTE  
NE INAUGURALI

um ab Ima-

e ortorum ,

Aliis

lium ,

E A M

ultat, Medic. Wittenbergens.

Æ S I D I O

ENTISSIMI AC EXPERIENTISSIMI,

M I Æ L O S S I I ,

Doct. celeberrimi , Anato-

ratis, Medici Provincialis feliciss.

.t. DECANI Spectatissimi,

UDIORUM PROMOTORIS

satis colendi.

I C E N T I A .

Medica Honores, Insignia &

RALIA legitimè impetrandi

exponet publico

E R D E S , H o l m . S v e c .

in Auditor. Major.

¶ Pomeridianis.

N B E R G Æ ,

C H R ö D T E R I , Acad. Typogr.

A. DC. LXXXI.